et in verborum tenore saepe dicta et floscula Platonica afferens (§ 5 ex Phaed. 84 E sq., cf. infra et p. 68; § 16 ex Phaed. 110 A et ex Timaeo, cf. p. 75 sq.; § 25 ex Resp. X 597 B, cf. p. 79; § 35 ex Theaet. 144 B, cf. infra). Psellum autem *ὕπατον τῶν φιλοσόφων* (Anna Comnena I p. 260 Schopen) et philosophiae operam navasse et Platonicae disciplinae studiosissimum fuisse (Boiss. praef. XV, Sath. V, 444 sqq.), quis est, qui nesciat? Idem innumerabiles scriptis infundens sententias Platonicas (cf. Sath. V 66, 123, 151, 187, 196; Boiss. 149, 1) iisdem interdum utitur flosculis atque noster: § 35 *συμβουλεύων μὲν ἔοικεν ἐλαίου ῥεύματι ἀψοφητὶ ῥέοντι* (Theaet. 144 B: *οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος*). Idem nobis occurrit ter apud Psellum, qui hanc in deliciis habuisse videtur imaginem [1]): Sath. IV, 295 *οὕτω πρᾳοτάτην ἐνδείκνυται τὴν ψυχήν, ὡς εἰκάζεσθαι ῥεύματι ἐλαίου ἀψοφητὶ ῥέοντος* Sath. V, 19 *οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ῥέον ἀψοφητί* Sath. V, 131 *καὶ οὐχ ὥσπερ ῥεῦμα ἐλαίου ἀψοφητὶ ῥέοντος κατὰ τὸν σὸν Θεαίτητον.* § 5 *τοιοῦτον μέλος ᾄσας* (*Γρηγόριος*) *τῷ βίῳ οἷον οὐδὲ τὸν κύκνον φασίν, ὁπότε μέλλοι, ὡς μῦθος, παρὰ τὸν οἰκεῖον θεὸν ἀποδημεῖν* cf. Sath. V, 454 *δέδοικα δὲ μὴ τὸ κύκνειον ᾄδω μέλος, ἐξόδιον ὑμῖν ᾠδὴν ἁρμοζόμενος. Τῶν μὲν οὖν κύκνων ὁ Πλάτων* (Phaed. 84 E, 85 A), *ὡς ἐγᾦμαι, καταψεύδεται, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες θεράποντες ἴσασιν ἐν τῷ τελευτᾶν οἷ ἀφίξονται καὶ διὰ ταῦτα ὑφ' ἡδονῆς μέλος ᾄδουσιν ἐναρμόνιον.*

Singuli nunc in censum vocandi sunt loci, in quibus de se ipso verba facit auctor. Ac primum quidem inquirendum ex libelli verbis, quae fuerit condicio inter Pothum, cui dedicata est dissertatio, et ipsum auctorem. Quae quaestio ex §§ 3, 8, 14, 16, 50, 57 mihi tractari posse

---

[1]) Non ignoro *ἀψοφητὶ* fuisse vocem, quae rhetorum officinis tradebatur. cf. Schmid, der Attic., ind. s. v. Sed ex exemplis apud Schmidium allatis apparet eos nusquam se arcte ad Platonis verba applicasse. Accedit, quod Psellus tertio quem proferam loco se Platonis verba mutuatum esse expresse dicit.

Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

videtur. Quod enim dicit (§ 57) se vel plura de Gregorii arte dicendi in medium proponere posse, sed, quae iam elocutus sit, ea esse, quae totum in se convertant Pothi animum (*ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὁ λόγος ἀρχὴ νῦν τοῦ λέγειν ἐστίν, τὴν δὲ σὴν ψυχὴν οἶδα, ὡς καὶ τὰ λελεγμένα κορέσειε*) et quod eum monet, ut, quantum possit, primordia haec capessat (*διὰ τοῦτο νῦν μὲν τὰ προτέλεια τῶν περὶ τοῦ μεγάλου λόγων κατὰ τὸ δυνατὸν ἑστιάθητι*), nonne Pothum discipulum eius fuisse inde concludendum? Nam cum de vestarcha,[1]) viro non vili muneri praeposito,[2]) verba faciat, illo *ἤθει*, quod vocamus, nisi in discipulo uti ausus non esset. Maioris etiam momenti sunt, quae § 8 inveniuntur, ubi Pothus *φίλτατέ μοι παίδων* ab auctore appellatur. Annotat autem Boissonade ad Pselli locum quendam, in quo discipulos *παῖδας* consalutat (ad p. 140, 3) „magistri prae amicitia et tenero affectu *παῖδας, τέκνα, υἱοὺς* vocabant discipulos". Item § 14 *καὶ ἡμεῖς τὸν ἄνδρα νῦν χαρακτηρίζειν εἰλόμεθα, οὐχ ἵν' ἐκείνῳ τὶ συνεισενέγκωμεν, ἀλλ' ἵνα τὴν σὴν ψυχὴν τῶν κατὰ μέρος ἀπαγαγόντες διαιρέσεων πρὸς μίαν συμφωνίαν κάλλους καὶ χάριτος καὶ δυνάμεως ἀπευθύνωμεν* et § 16 *αὐτῷ γ' οὖν σοι πρὸς τὸν λόγον χρήσομαι παραδείγματι, οἶμαι γάρ σε μήτε πάντας μαργαρίτας εὐόγκους σχεῖν καὶ στρογγύλους, μήτε τοὺς διαυγάζοντας τῶν λίθων ἢ τοὺς χλοάζοντας* (cf. § 8/9) ad discipulum spectare videntur. § 50 rationem suam docendi (de qua mox nobis est disserendum) commemorans Potho eam notam esse dicit, unde eum scholas auctoris frequentasse colligendum (*οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτὸς τῶν ἐπαπορουμένων διελυσάμην ἀποσχεδιάσας, ὡς οἶσθα, ἑτοίμους ἀποκρίσεις πρὸς τὰ ζητούμενα*).

Intima autem amicitia discipulum cum praeceptore coniunctum fuisse ex § 3 elucet: *οὐχ ἑτέρῳ τὴν σπουδὴν*

---

[1]) Pothi dignitatem et textu confirmari infra videbimus.

[2]) cf. Krause, die Byzant. d. Mittelalters, Halle 1869 p. 221, 1. Schlumberger, Sigill. de l'emp. byz. 1884 p. 602 „(la dignité) de vestarque semble avoir été parmi les plus importantes".

χαρισάμενος βιασαμένων, ὥς οἶσθα, πολλῶν. Neque omittam altera huius enuntiationis parte (*βιασαμένων, ὥς οἶσθα, πολλῶν* probari magno in honore apud suos fuisse auctorem.

Quae autem ex libello eruere possumus, omnia optime cadunt in Psellum. Universitate enim litterarum Constantinopoli a Constantino IX Monacho restituta in numerum professorum adscribitur.[1]) Multi scholas eius sequebantur discipuli, quos ipse quoque *παῖδας* appellare solebat.[2]) Ad quos quas dedit litterae exstant nonnullae apud Boissonadium (p. 95, 131, 135, 144). Quantam autem gloriam assecutus sit, ipse copiose enarrat.[3]) Docebat philosophiam, sed quantopere studiis captus sit rhetoricis, ex his eius verbis intellegas: *θέλγει γάρ με καὶ ἡ τέχνη τῶν λόγων κτλ.* (Sath. V, 54); nimirum *οὐ γὰρ φιλοσόφων . . . ἀλλὰ καὶ ῥητόρων . . προκάθημαι* (Sath. V, 256). Itaque non solum philosophorum doctrinas, sed etiam omne genus litterarum discipulos docebat. (Boiss. p. 139 *πάσης μὲν τέχνης, πάσης δὲ ἐπιστήμης πύλας ἀνέῳξα* (*ὑμῖν τοῖς μαθηταῖς μου*). Item noster philosophicis potissimum studiis addictus tamen ab animo suo impetrare non potuit, ut Gregorii verborum venustatem neglegens in sola philosophia omne tempus consumeret. § 6 *ὁσάκις αὐτῷ ἐντυγχάνω — προσομιλῶ δὲ θαμά, προηγουμένως μὲν φιλοσοφίας ἕνεκα, παρεπομένως δὲ καὶ ψυχαγωγίας — ὥρας ἀμυθήτου πληροῦμαι καὶ χάριτος. καὶ καταλιμπάνω πολλάκις περὶ ὃ ἐσπούδακα, καὶ τὸν νοῦν τῆς θεολογίας ἀφείς, τῇ ῥοδωνιᾷ ἐνεαρίζω τῶν λέξεων.* § 50 se in Gregorium multis antecedentibus scholia scripsisse indicat auctor. (*ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ἐξηγήσεων βίβλους διαφόρους συντετάχασιν, ἐφ' οἷς οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτὸς τῶν ἐπαπορουμένων διελυσάμην, ἀποσχεδιάσας,*

---

[1]) cf. Rambaud, Michel Psellos, revue historique III, 1877 p. 263 sq. et B. Rhodius, Beiträge zur Lebensgeschichte und zu den Briefen des Psellos, Progr. Plauen i. V. 1892 p. 4.

[2]) Boiss. l. l.; cf. etiam *οὓς γὰρ ταῖς λογικαῖς ὠδῖσι φθάσας ἐγεννησάμην* (Boiss. p. 144, 3).

[3]) Sath. V 508; Rambaud p. 265.

Digitized by Google Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494 Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

ὡς οἶσθα, ἑτοίμους ἀποκρίσεις πρὸς τὰ ζητούμενα). Neque enim dubium est, quin, quae discipulis rogantibus explanavit, ea et litteris consignaverit.[1]) Pselli autem annotationes in aliquot Gregorii locos saepius editas Allatius commemorat in diatriba sua de Psellis (Migne CXXII, 504, 513). Alia inedita ex Parisino adfert Sath. V, praef. π′ (sub num. 187) et IV, praef. LIII. Iisdem verbis, ut iam supra commemoravimus, rationem suam docendi perstringit auctor. Discipuli obscuriores quam quas intellegere possent sententias Gregorii in medium posuisse videntur. Nulla autem mora interposita eas interpretatus est praeceptor. Nec non hac de extemporaliter dicendi facultate sua gloriari videtur. Eadem etiam Psellus ratione usus videtur esse Sath. IV, LIII: *οὐδεὶς ἂν τῶν πάντων ἀνθρώπων διαμιλλήσαιτο Πλάτωνι ἢ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος οὗ τὴν τήμερον εἰς ἐπίσκεψιν* **ἔθεσθε** *τὸ „ἐπ᾽ οὐδενός“ κτλ.* Sath. IV, 355: *ἀκούων γὰρ* (*Κηρουλλάριος ὁ πατριάρχης*) *ὅτι καὶ τὰς ἐρωτήσεις σχεδιάζω τῶν θειοτέρων εὐφυῶς ἐρωτήσεων . . . πεῦσίν μοι λόγων προσήνεγκεν. . . ὡς δ᾽ ἤκουσεν . . ὁπόσα ἐγὼ αὐτίκα . . συνεπορισάμην καὶ προσευπόρηκα . . . μὲ . . κατεφίλησεν.* Facultatem autem ex tempore dicendi suam iactat Psellus ut in eo, quod modo attuli, exemplo, ita multis aliis locis Sath. V 240 *τοῖς ἐμοῖς λόγοις ὡς θείοις ὡμίλεις χρησμοῖς καὶ τὴν γλῶτταν ἐθαύμαζες σχεδιάζουσάν τε καὶ ὑψηλολογοῦσαν ὁμοῦ.* V, 508 *οὐδέν σε τῶν ἐμῶν θέλγειν δεδύνηται οὐ σχεδιάζουσα γλῶττα τοὺς λόγους.* V 514 *κατὰ σύγκρισιν τοὺς ἐμοὺς προτιθέατε* (sic) *λόγους, οὐκ ἔλαττον γε περὶ οὓς σπουδάζειν εἴωθα φιλοπονοῦντές τε καὶ συλλέγοντες ἢ οὓς αὐτοσχεδιάζειν προῄρημαι.* cf. etiam L. Sternbach, l. l. p. 13, 3. Quod autem *ἑτοίμους ἀποκρίσεις* discipulis dare solebat, idem Psellus se fecisse dolet, cum

[1]) Ad tempus certis finibus definiendum nil valent haec verba, nisi quod recentium temporum libellum esse iis indicatur. Scholia in Gregorium, quae quidem nobis tradita sint, prima scripsit monachus quidam Nonnos saec. VI in. (cf. A. Ehrhard, Byz. Ltg.[2] p. 137).

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

discipuli imbribus in scholas venire prohibiti essent (Boiss. p. 139 *τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ἕτοιμός εἰμι πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ὑμῶν*).

Itaque, ut summam huius capitis faciam, quae de auctore eruimus, omnia cum Pselli vita atque studiis optime congruere manifestum est. Sed iam ad Pothum vestarcham transeamus.

Caput II.

De Potho vestarcha.

Ei, ad quem opusculum conscriptum est, nomen fuisse Pothum codicum inscriptiones perhibent.[1]) Hoc confirmatur et appellatione § 1 *Πόθε μοὶ φίλτατε* et § 16, in qua *ποθουμένῳ συνεξύφαγκας σώματι* ad Pothi nomen alludere videntur. Quae Potho autem inscriptionibus tribuitur dignitas vestarchae et haec fulcitur § 16 *καὶ οἶδα, ὥς περὶ τὸ αἰσθητὸν κάλλος ἐπτοημένος ἢ προμετωπίδιόν τινα κόσμον ἢ περιτραχήλιον ἢ στρεπτὸν ποθουμένῳ συνεξύφαγκας σώματι* nec non § 18 *καὶ σὺ μὲν οὐκ ἂν ἐάσῃς τὸν περὶ τῶν στρεπτῶν τεχνίτην περικροῦσαί τι τοῦ σαπφείρου ἢ ἀφελεῖν τοῦ ἰάσπιδος, ὁ δὲ οὐδὲ παραυξῆσαί τι τούτοις δυνήσεται.* Haec enim ad officium Pothi spectant. Nam vestarchae cum alia officia tum negotia praestanda erant, quae gemmariis erant cum domo imperatoria. cf. Krause l. l. p. 221.[2])

Restat, ut reliqua perscrutemur Pselli scripta, num in iis Pothi vestigia inveniamus. In codice Parisino nostro libro adiecta est commentatio, cui titulus praefixus est: *πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσαντα ποῖος ἐγκωμίων κρείττων* (Sath. V, ξς' et 497 sqq.). Quae quin ad Pothum data sit, ii, qui eam inspexerunt,[3]) dubitare non videntur. Equidem, cum scrupuli

[1]) De ipso Pothi nomine cf. Byz. Ltg.[2] p. 558.

[2]) Quocum bene congruit, quod etiam Psello vestiario cum *μαίστωρι τῶν Χαλκοπρατίων* negotia fuerant (cf. Sath. V, 428, Rhodius p. 21, 7).

[3]) Rhodius p. 21,3; Pap.-Kerameus (l. l.) p. 3,2 et Nea Sion VI (1908) p. 498; Mayer p. 61.

Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

mihi moti essent, quod illa nostro suffixa est libello, ex bibliothecae nationalis moderatore quaesivi, num genuinus sit titulus. Qui comiter mecum communicavit, eum ab altera recentissimaque saec. XV vel potius XVI manu praefixum esse (ex ipsa, ut equidem existimo, commentatione erutum).

Non magis fides habenda est B, E_1, A libris epistulae nostrae alteram subiungentibus: *τῷ αὐτῷ πρωτοέδρῳ καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεως* (*κρίσεων* A) *κυρ. Κωνσταντίνῳ* (*-νου* A)[1] „ad eundem (Pothum) praesidentem et iudicem d. Constantinum". Sed cum *πρωτοέδρῳ* et *ἐπὶ τ. κρ. Κ.* divelli nequeant et veri sit dissimile ad duos eandem datam esse epistulam, hic quoque omnia videntur esse permixta ab illo, qui lepide apud Krumbacherum (p. 439) audit der böse Kobold *τοῦ αὐτοῦ*. Addo eiusdem epistulae sic tradi titulum in VE_2 *τοῦ αὐτοῦ τῷ πρωτοέδρῳ* (in corr. E_2) *καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων* (in corr. E_2) *κυρῷ Κ.*[2]) In Parisino denique, qui alium epistularum exhibet ordinem, nostrae praefixus est titulus: *τῷ αὐτῷ* (i. e. *τῷ μεγάλῳ δρουγγαρίῳ κυρ. Κωνσταντίνῳ*).[3]) Maximi autem momenti est epistula quaedam *τῷ μαγίστρῳ καὶ κριτῇ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας Πόθῳ, τῷ υἱῷ τῆς Δρουγγαρίας,* a Tafelio falso et contra codicum auctoritatem cum aliis Pselli epistulis Eustathio Thessalonicensi tributa.[4]) Data est epistula ad iudicem[5]) Pothum, quem monet, ne monasterii cuiusdam incolas de possessionibus demoveat. In extrema autem epistula legitur: *εἰ δὲ μὴ καὶ τούτων* (sc. *χρυσοβουλλίων, δικαιωμάτων, συνη-*

---

[1]) cf. Hardt I p. 516, Miller p. 165, Martini et Bassi II p. 530.

[2]) cf. Miller p. 188. Quod ad Marcianum attinet, erravit Janetti (Graeca D. Marci bibl. codd. mss. p. 283) afferens *Κωνσταντίνῳ τῷ ἀδελφῷ καὶ ἐπὶ τ. κρ.*

[3]) cf. Sath. V p. 326.

[4]) Tafel, Eust. Thess. opera p. 358 (*ξη*), unde eam sumpsit Migne CXXXVI p. 1329. De Tafelii errore cf. Sathas IV pr. XXX, LXVII, 3 et tom. V praef. *οε'* (s. n. 145); Krumb. Byz. Ztg.[2] p. 541.

[5]) Imperium Byzantinorum in *θέματα* descriptum erat, quorum cuique *κριτής* praepositus erat (Rhodius p. 22).

Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

ϑείας χρόνου, τῆς τῶν πρό σου δικαστῶν αἰδοῦς περὶ τὴν μονὴν) σοὶ μέλει, ἀλλ' ἡμῶν γε ἕνεκα, τῶν φίλων καὶ διδασκάλων, ἔνδειξίν τινα ἀγαϑότητος περὶ τὴν κτῆσιν ἐπίδειξον τῆς μονῆς. Hic igitur Pothus in numero discipulorum et amicorum Pselli erat. Quocum optime consentiunt, quae de nostro Potho supra disputavimus. Iam affirmare non dubito Pothum vestarcham et Pothum iudicem unam eandemque esse personam. Nam ipse quidem Psellus antequam vestiarius creatus est, iudicis fungebatur munere (cf. Rhodius p. 3 et 5). Altera quoque epistula, quam Papad.-Kerameus in lucem protulit (Nea Sion VI (1908) p. 505), eandem fere inscriptionem exhibet *τῷ μαγίστρῳ Πόϑῳ καὶ κριτῇ Μακεδονίας, τῷ υἱῷ τῆς δρουγγαρίας.* Hortatur etiam hic Pothum, ut clementi in reum quendam sit animo.

Qarum epistularum in exordio Pothus appellatur *λαμπρότατε κύριέ μου καὶ ἠγαπημένε μοι ἀνεψιέ* (sic Tafelii) et *λογιώτατε ἀνεψιὲ καὶ λαμπρότατε* (sic Papadopuli), in quibus *λαμπρότατε* (*κύριε*)[1]) ad magistratum, qui themati imperii praeerat, spectare videtur, *ἠγαπ. μοι* (*λογιώτατε*) *ἀνεψιέ* autem verbis necessitudinem, qua cum eo coniunctus erat, significare voluit. Quam appellationem ut in clariore luce ponam, breviter de vocis, quae est *ἀνεψιός*, usu Pselliano mihi exponendum videtur. Psellus, quamquam eos, ad quos dabat epistulas, propter amicitiam saepissime *ἀδελφοὺς* appellat,[2]) *ἀνεψιοῦ* voce rarissime usus est. Septem omnino repperi exempla. (l. l., epp. **138** (p. 381) — **1** (p. 219 et 221) — **83** (p. 320) — **84** (p. 323)). Epistulae 1, 83, 84 ad unum eundemque virum scriptae sunt: *πρὸς τὸν πρωτοπρόεδρον κῦρ Κωνσταντῖνον τὸν Δρουγγάριον* (1), *τῷ μεγάλῳ δρουγγαρίῳ κῦρ Κωνσταντίνῳ ἀξιοῦντι ἐλϑεῖν εἰς γάμον* (83),

---

[1]) De tituli *λαμπρότατος* (= clarissimus) usu ad annos 400—700 pertinenti egit P. Koch, Die byz. Beamtentitel von 400—700. Diss. Jen. 1903 p. 10sqq.

[2]) cf. Sath. V 368, 372. Fratres autem Psello non fuerunt (Rhodius p. 1, 7).

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

τῷ αὐτῷ (84). Quas inter se coniunctas esse, nisi traderetur, vel iis, quae in eis leguntur, confirmaretur. Mirum autem in modum et illa epistula Tafeliana ad Pothum iudicem data et epistula 138, cui deest inscriptio, inter se cohaerent. Hac enim ex epistula apparet illum iudicem monasterio iniuriam inferre non desiisse, cum effecisset, ut, qui in monasterii vicinia habitabant, domicilia relinquerent. Ut illic, ita hic *ἠγαπημ. μοὶ ἀνεψιέ* appellatio. Qua de causa iam Rhodius suo iure hanc Potho tribuit epistulam (p. 26). Quod autem in epistulis, quas ad duos tantum scripsit viros, illam usurpat appellationem, ambos quoque necessitudine quadam inter se coniunctos fuisse verisimile est. Erant autem fratres, ut ex ep. 84 p. 323 elucet: *εἰ δὲ καὶ αὐτὸς πάρεργον τῆς ἀναβολῆς* (praeludii scilicet in nuptiis Constantini, ad quas vocatus erat, celebrandis) *ἐγενόμην . . . σόν καὶ τοῦτό ἐστι, δι' ὃν ἐγὼ πάντα γίνομαι, ἵνα σε πανταχόθεν ἐμαυτῷ οἰκειώσωμαι. οὐ γάρ ἐστι περὶ ὅ τι ἄλλο ἐπραγματευσάμην ἐγώ, οὐδ' οὕτως ἑαλώκειν τινὶ ἢ ἕτερόν τινα τῶν πάντων τεθήραμαι, εἰ μὴ λέγεις τὸν ἀδελφόν* (Pothum scilicet). *ἐλλοχῶ δὲ ὑμᾶς . . ἀπὸ τοῦ πατρὸς . . ἀπὸ τῆς θαυμασίας μητρός, ἣν ἐγὼ ἀπεικόνισμα φαίην ἂν ἀρετῆς.* Legenti haec verba statim titulus ille *Πόθῳ τῷ υἱῷ τῆς Δρουγγαρίας*[1]) in mentem veniet, in quo id potissimum animadvertendum hominem istum non patris, sed matris nomine adiecto illustrari. Diceres feminam affinem quandam Pselli fuisse. Sed fortasse etiam inde colligendum eum matrem pluris fecisse patre, quod illam summa exornat laude, cum ad patris, quae anteit, appellationem nil addat. At Pselli sorores, quas habebat duas, cum praematura morte interemptae essent,[2]) (Rhodius p. 1, 7) de filiis earum non cogitandum est. Sed, cum

---

[1]) *Δρουγγαρία* uxor *δρουγγαρίου* (i. e. centurionis) cf. Sophokles, greek Lexicon s. v.

[2]) Fratres ei non fuisse in p. 31 ann. 2 iam dixi.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

uxorem in matrimonium duxisset, (Rhodius p. 3), aut affines eius sunt fratres,[1]) aut ex ipsius gente longinqua quadam cognatione cum eo coniuncti. Utut res se habet, id certe affirmare licet Pothum artiore quodam vinculo cum Psello coniunctum fuisse.[2])

Iam ad finem perducta foret haec de Potho argumentatio, nisi Rhodius de iisdem epistulis 1, 83, 84 et de epp. 85, 86 nonnulla protulisset, quibus, si vera essent, nostra argumenta corruerent. Dicit autem (p. 14): „Demselben Konstantin Dukas könnten wohl fünf Briefe zugehören, die zum Teil an den Oberpräsidenten den Drungarios (sc. ep. 1) zum Teil an den hohen Drungarios[3]) Konstantin lauten (sc. 83—86). Die drei ersten (1, 83, 84) beziehen sich auf die Hochzeit des Konstantin, der ein Fräulein aus edlem Geschlecht,[4]) das bei Hofe verkehrt, heimführt (hoc ex p. 221 sumpsit) . . . die beiden letzten (85, 86) . . sind bedeutend später zu setzen, da Erziehung und Unterricht eines Knaben erwähnt wird, der wohl jener Ehe entsprossen ist. Die drei ersten wären demnach (?) etwa kurz nach 1050 zu setzen, die beiden übrigen gegen das Ende des sechsten Jahrzentes in diesem Jahrhundert.“ Ac primum quidem miror Rhodium promptius sane quam subtilius ipsum quoque censentem ex una vocis *ἀνεψιέ* usurpatione Pothum cum Psello cognatione coniunctum fuisse (p. 22), tum vero huius vocis vim ita neglegentem, ut has epistulas Constantino X Ducae tribuat, qui certe Pselli, quod vernaculo

---

[1]) Affinitatem suadent, quod l. l. non *σωμάτων* sed *φυχῶν* affinitatem commemorat.

[2]) Non est, cur miremur Pothum in nostro libello *ἀνεψιέ* non appellari. Neque enim in epp. 85, 86 quae 1, 83, 84 adiungendae sunt, Constantinus ea ornatur appellatione.

[3]) De vocis *μέγας δρουγγ.* significatione cf. du Cange, Glossarium p. 334.

[4]) Const. X Ducas Eudoxiam Cerullarii patriarchi propinquam in matrimonium duxit (Rhode p. 14).

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

sermone Neffe nominamus, non fuit. Neque magis illa vox, etiamsi proprio sensu usurpata non esset, ad hominem, qui Psello aetate anteibat, referri potuit. Constantinus enim Ducas (1059—67), qui sexaginta annos vixit,[1]) Psello, qui anno 1018 natus est, undecim fere annis anteibat. Sed tempora scrutemur. Psellus a Constantino, ut nuptiis suis interesset celebrandis, rogatus reiecit invitationem. Quid autem fuerit causae, ex ipsis elucet epistulis: p. 220 *ἐγὼ δὲ ὥσπερ καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπέχεσθαι ὑποσχόμενος τῷ θεῷ, ἑτέρους τούτων ὁρᾶν μετέχοντας οὐ κεκώλυμαι.* p. 319 *καὶ γάμοις γοῦν ἐγὼ πολλοῖς παραγέγονα ὁπηνίκα ἐξῆν* et *εἰ μὲν γὰρ ἔχεις δεικνύειν ὅτι παρὰ τοῖς ἀχόρδοις ἀρραβῶσιν ⟨καὶ⟩*[2]) *ἄλλο τί ἐστι τὸ τελούμενον, ἐφ᾽ ᾧ νόμος ἀπείργων ἡμᾶς οὐ τέθειται, . . κἀμοὶ ἀπαντητέον αὐτίκα πρὸς τὴν τελετήν.* p. 320 *οὔτε γοῦν ἐμοὶ νόμος προσιέναι γάμοις . . οὔτε σοὶ ἐπ᾽ ἐξουσίας ἐστὶν ὑφαιρεῖν τὰ ἐπὶ τούτοις νομοθετούμενα.* Ibidem *τῶν γινομένων τὰ μὲν ἀνεῖταί μοι, τὰ δὲ ἀποτετείχισται. καὶ ἀνεῖταί μοι θεῖα τεμένη καὶ θύματα ἔννομα καὶ ὅσα τούτοις ἕπεται. ἀποτετείχισται δὲ ἱπποδρομία καὶ τὰ ἄλλα θέατρα καὶ ὅσα τούτοις ἀκόλουθα . . . οὐδὲ ἐς θέατρα βαδιοῦμαι, οὐδ᾽ ἔνθα με νόμος ἀπείργει.* Quid? His locis allatis nonne concludendum Psellum, cum has epistulas scriberet, in monasterio fuisse? Eum tamen nuptiis interfuisse (cf. ep. 84) mirum non est, cum Constantinus ei, ut nuptiarum solemnia temperaret, roganti morem gessisset[3]) (p. 322). Itaque, cum Psellus anno fere 1055 in monasterio versaretur (Rhodius p. 5/6), non anno 1050, ut censuit Rhodius, sed a. 1055 epp. 1, 83, 84 assignandae sunt. Epp. 85, 86 autem, si modo de puero educando agunt eisque adiungendae sunt, septimae saeculi

---

[1]) cf. Flach, Die Kaiserin Eudocia Macrembolitissa, Tübingen 1876 p. 9.

[2]) Supplevi.

[3]) Per regulas Byzantinorum monasticas minime duras (cf. Rambaud p. 252) ei monasterium relinquere licebat.

Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

decadi ineunti tribuendae. Non magis ipsae epistulae, ut supra vidimus, ad Constantinum Ducam, sed ad Constantinum, Pothi fratrem, datae sunt.

Caput III.

Qua quaestione profligata tertio iam capite primum sententiarum, in quibus noster conspirare videtur cum Psello, proponantur nonnullae, deinde in elocutione, quatenus congruant ambo, demonstrabo, tum iudicia de Gregorio aliisque scriptoribus facta, num cum Psellianis consentiant, in censum vocabimus.

A. Sententiarum, in quibus noster conspirare videtur cum Psello, profero has: § 26 ad illas, quae rhetoribus semper cum philosophis erant, altercationes respiciens dicit: *φιλοσοφίαν δὲ καὶ ῥητορικὴν οὐχ ὥσπερ τοῖς ὀνόμασιν, οὕτω καὶ τοῖς πράγμασιν ἀπ' ἀλλήλων διέστησεν, ἀλλὰ φιλοσοφίαν μὲν τῇ εὐγλωττίᾳ τῶν λέξεων ⟨καὶ⟩ μεγαλοφωνίᾳ πεφιλοτίμηται, τὴν δὲ ῥητορικὴν γλῶτταν νοὸς κυβερνᾷ χαλινοῖς.* Item Psellus saepissime scriptoribus laudi vertit, quod, quae apud multos vehementer inter se pugnant, bene concilient. Sath. V 149 *κατώρθωσε συνάψας τὰ διαστῆναι δοκοῦντα καὶ τόν τε νοῦν καθηδύνας ταῖς ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς χάρισι, τήν τε γλῶτταν σεμνύνας τοῖς φιλοσόφοις νοήμασι.* Sath. V 442 *σὺ μὲν οὖν ἴσως φιλοσοφίαν ἐπίστασαι καὶ ῥητορικήν, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον ἀγνοεῖς. ἔστι δὲ . . καὶ φιλοσοφίας ῥητορική, καὶ ῥητορεία φιλόσοφος.* In Symeonem Metaphrastam encomium (Migne CXIV p. 188 A) *ἔμφωνον, ἵν' οὕτως εἴπω, τὸν νοῦν καὶ ἔννουν τὴν γλῶτταν εἰργάσατο.* De se ipso Sath. V 476: *καὶ ὥσπερ ὁ Πλάτων τῇ φυσιολογίᾳ τὴν θεολογίαν μίγνυσι τιμαιογραφῶν κατὰ τὸν σιλλογράφον,*[1]) *οὕτω δὴ κἀγὼ τῇ ῥητορικῇ τὴν φιλοσοφίαν συντίθημι καὶ πρὸς ἀμφοτέρας δι' ἀμφοτέρων ἁρμόζομαι.*

§ 27 sqq. Gregorius a nostro, ut in omnibus litteris

---

[1]) cf. Corp. poes. ep. Gr. lud. II, 130 Wachsmuth.

Digitized by Google

Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

optime versatus, laudibus effertur. Quam *πολυμαθίαν* Psellus et sibi ipsi, ut iam supra commemoravimus, et aliis laudi vertit: cf. M. Pselli iudicium de Heliodori et Achillis Tatii fabulis amatoriis, quod Jacobsius in Achillis Tatii, quam curavit, editione publici iuris fecit. praf. CXI: *ὁρῶ τὸ σύγγραμμα* (sc. *τῆς Χαρικλείας*) *καὶ πολυμαθίας ἁπτόμενον. φυσικαί τε γὰρ αὐτῷ ὑποθέσεις εἰσάγονται* (cf. § 28) *γνωμοτυπίαι* (§ 27) *τε καὶ θεολογίαι* (§ 33) *καί τινα καὶ τῆς κινουμένης σφαίρας* (§ 29). Idem in Cerullario (Sath. IV 332/33) et in Simeone Metaphrasta (CXIV 193 B—D Migne) laudat.

§ 7 Noster *τὸ ἐπιδεικτικὸν καὶ θεατρικὸν τῶν σοφιστευσάντων* vituperat. Item Psellus Sath. V 442 de se ipso: *ἐργάζομαι δὲ οὐ τὴν πάνδημον ῥητορικὴν οὐδὲ τὴν θεατρικὴν καὶ ἀκόλαστον.* In eadem paragrapho singulare quoddam dictum ex Synesio carptum (148 B Krab. cf. infra p. 41) adfert noster, quo sophistarum artem dicendi detrahat: *τοὺς γὰρ ὄχθους τῶν χειλέων μὴ ἀπολεάναντες οἱ ῥήτορες οὗτοι ἐθάρσησαν τὰ συγγράμματα.* Iisdem fere verbis utitur Psellus affirmativo seusu, ut suam extollat virtutem dicendi: Sath. V 451 *λεαίνω δὲ καὶ τοὺς τῆς γλώττης ὄχθους καλλιρημοσύναις κτλ.*

§ 13 Displicet auctori Gregorium „stentoreo Triadis numen in ore ferentem“ (Pselli epigr. in Greg. XXXV 310 B Migne) laudibus ornari ab Ariano. Vehementissime autem Psellus in Arianos invehitur in illo, quod modo laudavi, epigrammate versione Latina tradito

Haereticae salve maniae certissima pestis,
Quaeque Arium perimis, cuius sanctissima primum est
Horribili ac stygio secta furore Trias.

cf. etiam Sath. IV 348 *τοῦτο δὲ τὸ ἀσέβημα* (*τὸ πνεῦμα ὑφιστᾶν ἐκ τοῦ υἱοῦ*) *Ἄρειος μὲν κεκρυμμένως ἐξεῦρεν.*

§ 32 de Paulo apostolo *οἶμαι γὰρ καὶ τοῦτον ἦρθαί ποτε καὶ ἀκοῦσαι τῶν ἀπορρήτων καὶ ἔχειν παρ' ἑαυτῷ ἀνεκφοίτητα.* Item invenimus apud Sath. IV 384 *τοὺς ἀπορρή-*

Digitized by Google
Original from
PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

τους ἐκείνου (Παύλου) λόγους et V 162 *ὁ μεν οὖν Παῦλος.. ἐπῆρται πρὸς οὐρανόν.*

Sath. IV 384 denique *παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς τααῦτ καταλέλειπται ἀνεκφοίτητα*, quibuscum conferas velim § 32 *ἔχειν παρ' ἑαυτῷ ἀνεκφοίτητα* et *τὸ δὲ λοιπὸν ἐν τοῖς ἄνω ἐᾷ θησαυροῖς.*

His subiungo, quae ex libello appendicis ad nostram, quam movi, quaestionem lucrari possumus. A § 3 *θεατρικὴ ῥητορική* carpitur cf. G § 7. Ibidem Psellus *περιόδοις ἐκ τῶν αὐτῶν τε ἀρχομέναις καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ καταλήγουσιν* minime capitur. Nostro (§ 51) displicet *Ἰσοκράτης ταῖς ὁμοίαις ἀρχαῖς τῶν λόγων καὶ ταῖς καταλήξεσιν ἐνηδόμενος.* A § 10 Demosthenis *πικρότης* affertur. cf. G § 2. A § 14 de varia prooemii instituendi ratione Chrysostomi loquitur cf. G § 42. A § 15 *τοῖς φλεγμαίνουσιν ὀνόμασιν κέχρηται.* G § 8 *τὰ μὲν (ὀνόματα) λίθοις ἂν ἀπεικάσαις χλοάζουσι, τὰ δὲ φλεγμαίνουσι.* A § 17 *ἀλληγορεῖν δὲ βούλεται μέν, οἰκονομεῖ δὲ τὸν λόγον ταῖς ἀκοαῖς· καὶ τοσοῦτον ἀνοίξας τοῦ στόματος, ὅσον ἐμφανῆναι τοῖς ἐλλογιμωτέροις, ὅτι τοῦ βήματός ἐστι καὶ τῶν ἀδύτων ἐντός.* G § 47 *ἀφίημι καὶ τὴν ἐν ἱστορίαις ἀλληγορίαν, ταῦτα γὰρ ἑτέρου λόγου καὶ σκέψεως ὑψηλοτέρας καὶ κρείττονος* cf. et §§ 32 et 54. A § 19 *Θουκυδίδην δὲ ἐντεῦθέν τινες οὐ καλῶς προσειρήκασιν, ὅτι δέον τὸ κατεστοιβασμένον τῶν λέξεων διαλύσασθαι, ὁ δὲ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις τῶν φορτικῶν μέτρων προστίθησιν.* G § 40 *Θουκυδίδης .. κἂν τοῖς δημηγορίαις μάλιστα ἄλλα ἐπ' ἄλλοις νοήματα ἐπιστοιβάζων καὶ συντιθέμενος.* A § 19 Laudi vertit Chrysostomo, quod nusquam *καινολόγος τις φράσις, ἀλλὰ κοιναὶ λέξεις* in scriptis eius inveniuntur. G § 19 Lysias aliique probantur nostro, quod *κοινὰ παραλαβόντες ὀνόματα* ea bene composuerunt. A § 22 sqq. et G § 51 sq. in utriusque dissertationis fine amborum idearum mixtio in censum vocatur.

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

B. De elocutione.

Neque sententiarum solum, sed etiam linguae conformationis verborumque Pselliani usus expressa vestigia in nostro libello reperiuntur.

Ac primum quidem sunt quaedam formulae, quas in deliciis Psellus habuisse videtur.

1. In commentationum initio vel in transitione adamat Psellus verba *μὴ θαυμάσῃς, εἰ* ponere. cf. CXXII 520 A Migne 531 D. Sath. V 258, 275, 281, 377, 399, 457, 488. cf. § 1.[1])

2. Inter enuntiatum negativo sensu usurpatum et affirmativam, quae insequitur, sententiam *πολλοῦ γε καὶ δεῖ* verba saepissime interiecta sunt.[2]) cf. CXXII 837 B Migne, CXIV 189 A. Boiss. 141, 150, 166. Sath. IV 306, 328, 336, 339, 344, 391, 429, 439, 451. V 45, 104, 112, 121, 156, 157, 264, 273, 276, 278, 320, 355, 466, 477 bis, 482, 517, Chrys. § 26. In nostro § 7.

3. Inexspectatam rem antequam in medium ponit *καὶ τό γε* (*γὰρ*) *θαυμασιώτερον* (*-τατον*) verbis frequenter utitur. Migne CXIV 188 B. Boiss. p. 83. Sath. IV 306, 325, 339, 404. V 338, 433, 474. Ach. Tat. ed. Jacobs pr. CXI. In nostro § 47.

4. Frequens etiam usus auctae negationis *οὔμενουν*: cf. Migne CXIV 192 A. Boiss. p. 88. Sath. IV 327, 390, 402, 450. V 67, 76, 131, 136, 491, 530 bis. cf. § 43.

5. Rem illustrandam cum ad aliud tempus differt vel omnino omittit, praeteritionis formulam usurpat *ἀναμεινάτω*. Sath. IV 429, 462. Sath. V *πα'* (s. n. 197) 48, 184. cf. § 14.

Nunc quae apud utrumque occurrunt verborum conformationes similes referam. Migne CXXII, 1161 B *τῆς*

---

[1]) Hanc locutionem a Psello peculiariter usurpatam esse vel inde cognoscas, quod unum omnino exemplum apud Synesium invenitur. (ep. 141): *μὴ θαυμάσῃς, εἰ διακομιστῇ δυοῖν ἐπιστολῶν ἑνὶ χρῶμαι.*

[2]) Frequens etiam usus apud Demosthenem.

Digitized by Google Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494 Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

τέχνης μεταχειρίζεις τὴν σάλπιγγα ∼ § 13 *τὴν τῶν λόγων μετεχειρίσατο σάλπιγγα* 1164 B *ῥεῦμα τὸ σὸν . . εἰς ψυχὴν εἰσδύνει* Sath. V 243: *εἰσδύνουσι τὰ γράμματα ταῖς ψυχαῖς* ∼ § 35 *ἔοικεν ἐλαίου ῥεύματι . . εἰσδύνοντι πρὸς τὴν ψυχήν.*

Ach. Tat. Jac. CXIV *τὸν ἐραστὴν ταχὺ μεταβάλλει καὶ αὖθις ἐπανάγει* ∼ § 22 *τὸ δὲ Ἡροδότειον . . ταχὺ δὲ μεταβάλλον καὶ αὖθις ἐπαναγόμενον.*

Ach. Tat. Jac. CXIV *οὐ . . τῶν κατὰ μέρος ἡψάμεθα, ἀλλὰ κεφαλαιώδεις ἐπιτομὰς τῶν χαρακτήρων σοὶ πεποιήκαμεν* et Sath. V 198 *καὶ ἵνα κεφαλαιώδεις ποιήσωμεν τὰς ἐπιτομὰς* ∼ § 43 *τὰ δὲ ἀποτεταμένα τε καὶ μακρὰ . . συνάγει εἰς κεφαλαιώδεις ἐπιτομάς.*

Migne CXXXVI 1332 A *χλοάζεις γὰρ ἁπανταχόσε, ὥσπερ αἱ οὕτω τῶν λίθων ἐκ φύσεως ἔχουσαι,* Sath. V 113 *τὰς χλοαζούσας τῶν λίθων,* Sath. V 519 *οἱ διαυγάζοντες τῶν λόγων.* ∼ § 8 *καὶ τὰ μὲν* (*ὀνόματα*) *λίθοις ἂν ἀπεικάσαις χλοάζουσι,* § 16 *τοὺς διαυγάζοντας τῶν λίθων ἢ τοὺς χλοάζοντας.*

Migne CXXII, 900 B *τὰς αἰτίας παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς ἔασον* Sath. IV 384 *παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς* Sath. V 159 *αἱ ἄνωθεν θησαυροὶ*[1]) ∼ § 32 *τὸ δὲ λοιπὸν ἐν τοῖς ἄνω ἐᾷ θησ.*

Boiss. p. 59 *ὃ* (*πνεῦμα*) *δὴ σωμάτιόν ἐστι στενότατον ἐκ τοῦ πνεύμωνος διὰ τοῦ κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν αὐλῶνος, οἰκείως εἰπεῖν, διαυλωνιζόμενον* (vox rarissima) ∼ § 5 *ὁμοῦ τε πάντα ἀναστομώσας καὶ πρὸς μίαν διαυλωνίσας λογικὴν σύριγγα κτλ.*

---

[1]) Primum exemplum promptum ex commentatione Pselli de lapidum virtutibus conscripta (pp. 888 sqq.). Allatius autem (p. 484 C D), quod in fine commentationis (900 B) auctor Alexandrum Aphrodisiensem paulo ante se ipsum fuisse dicit, eam Psello abiudicat, „ne Psellum, dum haec scriberet, dormitasse nugacissime fateri cogamur“. (Psellum auctorem et Rose, Hermes IX (1875) p. 480 in dubium videtur vocare). At Psellus et in rebus chronologicis interdum erravit et omnino aliquando „dormitasse“ videtur. (cf. comment. ad §§ 12, 13). Praeterea in libello illa locutio Pselli propria occurrit. Quae denique Sathas V 57 exstant: *λίθοις δὲ καὶ πόαις δυνάμεις μὲν ἀρρήτους καταμεμάθηκα . .,* eum lapidum virtutibus cognoscendis operam navasse docent.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Boiss. p. 89 *ἐνεαρίζει τοῖς οἰκείοις κάλλεσιν* ∼ § 6 *ῥοδωνιᾷ ἐνεαρίζω τῶν λέξεων.*

Sath. V 17 *χορείαν . . ἀνελίττοντα* ∼ § 41 *ἐν ῥυθμῷ χορείαν ἀνελίττειν.*

Sath. V 240 *οὐδὲ θηρώμενος ὀνομάτων καινότητας* ∼ § 18 *οὐδέν τι τῆς θήρας τῶν καλῶν ὀνομάτων ἀπώναντο.*

Boiss. p. 140 *λέξεσί τισι θηρώσαις τοὺς ἀκροατάς* ∼ § 55 *θηρᾶται δὲ παντοίως τὴν ἀκοήν.*

Sath. V 362 *ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ περιτρεχουσῶν ἡμᾶς ὑποθέσεων τοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἐποιοῦντο λόγους* ∼ § 19 *κοινὰ παραλαβόντες ὀνόματά τε καὶ περιτρέχοντα . . τὴν τῶν λοιπῶν μεγαλοφωνίαν ὑπερβεβήκασι.*

Restat, ut pauca de Psello et nostro Synesii imitatoribus proponam. Psellum enim Krumbacher cum in aliis scriptis tum in epistulis Synesium dicit aemulatum esse (Byz. Ltg.[2] p. 438). Quam rem iam Boissonadius nonnullis confirmaverat exemplis, cf. Boiss. p. 24, 11 = Syn. ep. 4 p. 640 d Herch., de regno 2 A Krab. Boiss. p. 49, 4 = Syn. de Dio. LXVI 1120 A Migne (cf. p. 41). Boiss. p. 149, 2 = Syn. ep. 154 p. 736 b H. Boiss. p. 176, 2 = Syn. ep. 1 in. Boiss. p. 176, 3 = Syn. ep. 1 p. 638 c H. Quibus exemplis a Boissonadio allatis appendicis (§ 24) addam *λαμπρύνεται δὲ πῇ μέν, ὥσπερ ὁ ταὼς περιαθρῶν ἑαυτὸν καὶ γαννύμενος, ὅτι κτλ.* Sumpta haec ex Dione 1120 C, ubi *ὡραΐζεται καθάπερ ὁ ταὼς περιαθρῶν αὑτὸν καὶ οἷον γανύμενος ἐπὶ ταῖς ἀγλαΐαις τοῦ λόγου.*

Synesiana autem nonnulla et in nostro reperiuntur § 11 *καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ τῶν σοφιστῶν ὀνόματος διὰ τῶν λέξεων τὸν συρφετὸν ἐπεβάτευσαν* = Syn. de Dio. LXVI, 1116 C Migne *ταὐτὸν* (fuisse philosophos, qui in sophistarum numero habendi sint) *ἑτέρως εἰπών, ὅτι μὴ ὄντες σοφισταὶ τοῦ ὀνόματος ἐπεβάτευσαν.* § 5 *ἓν τὸ πλῆθος πεποιηκώς* = de Dio. 1125 C *φιλόσοφον τὸν . . ἓν τὸ πλῆθος ποιήσαντα* § 46 *εἰς ταὐτὸ τὰ ἀσύγκλωστα θέμενος* = Syn. ep. 57 p. 668 H. *πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν συγ-*

Digitized by Google

Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. § 15 *ἀλλὰ μὴ λόγον ἄλλως οἰηθῇς τὸ λεγόμενον* = Syn. ep. XLIV p. 656 b H. *μὴ λόγον ἄλλως οἰηθῇς τὴν παραίνεσιν.* Idem ep. CXLVIII p. 731 c H.[1])

Haec autem Synesiana una cum Psello exhibet noster:
1. Noster § 7 *τοὺς γὰρ ὄχθους τῶν χειλέων μὴ ἀπολεάναντες οἱ ῥήτορες οὗτοι ἐθάρσησαν τὰ συγγράμματα* = Syn. de ins. 148 B Krab. *ἡ δὲ* (divinatio) *διὰ Θεοῦ νουτεθήσασα … δείξαντος ὄχθους τινὰς ἀπολεαίνειν ἐκπεφυκότας τῆς γλώττης ἐπανήγαγε εἰς τὸ σῶφρον καὶ τὸ οἰδοῦν ἐκόλασε* = Psellus Sath. V, 451 cf. supra p. 36.

2. Noster § 8 *τὰ δὲ* (*ὀνόματα*) *φλεγμαίνουσι* = Syn. de ins. 148 B Krab. *τὴν ὅλην κατασκευὴν τῆς γλώττης . . φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι* = Psellus Boiss. p. 49 *συγγράμματα . . φλεγμαίνοντα μὲν τοῖς ὀνόμασι.*[2])

3. Noster § 14 *καὶ οὐδεμίαν τις αὐτῷ εὑρήσει τῶν λέξεων οὐ καταμελιτοῦσαν τὴν ἀκοὴν* = Syn. de Dio. LXVI 1120 A Migne *τῷ καταμελιτοῦντι τὰς ἁπάντων ἀκοὰς διηγήματι* = Psellus Boiss. p. 49 *ὑπολείπει τὸ ἔαρ αὐτοῖς τῆς καταμελιτούσης τὴν ἀκοὴν λέξεως* (cf. etiam ib. p. 174 et Sath. V 146).

C. De iudiciis.

Restat nunc, ut iudicia de Gregorio aliisque scriptoribus facta, num cum Psellianis consentiant, perscrutemur.

Ac primum quidem ex totius libelli tenore apparet Gregorium ab auctore tanti fieri, quanti neminem reliquorum (cf. §§ 3, 11—14), quod iam notavit Norden, ant. Kunstprosa II, 568. „Er (Psellus) misst ihn an allen heidnischen Rednern und stellt ihn natürlich über alle“. De quo quid

---

[1]) *Ἄλλως* (i. e. tantum, modo) est vox apud Atticistos frequentissima (cf. Schmid, Attic. I p. 104). Sed hic verborum nexus Synesianus.

[2]) *φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασι (ἰδέαν λόγων)* Philostr. V A I, 17, 32 K. (ed 1870) (cf. Schmid IV, 240). Sed, quod Psellus illum locum Synesianum (de ins. 148 B Krab.) decerpsisse videtur, non Philostrateum puto.

Digitized by Google

Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

senserit Psellus, ex his elucet: Boiss. p. 124 sqq. (= Migne CXXII 901 sqq.) de Gregorio, Basilio, Joh. Chrysostomo Gregorioque Nysseno agens eos *κορυφαίους* nominat omnes, qui *„ἀξιολογώτατοί εἰσιν τοῖς περὶ Λυσίαν καὶ Δημοσθένην διαμιλληθῆναι“*. Attamen (p. 125 = 901 C) *ὅπερ ἐστὶ Δημοσθένης τῇ ἑτέρᾳ μερίδι, φημὶ τῇ Ἑλληνικῇ, τοῦτο τῇ καθ' ἡμᾶς ὁ Θεόλογος Γρηγόριος.* Primas igitur inter coryphaeos partes agit Gregorius. Apud Satham (IV praef. LII sq.) insigne fragmentum exstat in Platonis laudem conscriptum et a libelli nostri ratione non alienum. Ut in nostro Gregorius omnibus anteponitur, ita in illo omnes Platoni inferiores nominantur. Attamen in extremo (LIII): *ἐγὼ δὲ τοῦτ' ἂν φαίην διατεινόμενος, ὡς οὐδεὶς ἂν τῶν πάντων ἀνθρώπων διαμιλλήσαιτο Πλάτωνι ἢ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος.* In alia commentatione *„περὶ χαρακτήρων συγγραμμάτων τινῶν“* (Boiss. p. 48 sqq.), qua praeclarorum scriptorum genus dicendi in medium ponit, dicit (p. 50) *Ἐξαίρετα δέ μοι τῶν τοιούτων* (sc. *περὶ τὰς Μούσας σπουδαζόντων*) *βιβλίων τὸ τοῦ Δημοσθένους ἦν καὶ τὸ τοῦ Ἰσοκράτους, τό τε Ἀριστείδειον καὶ τὸ Θουκυδίδειον· συμπαρελάμβανον . . καὶ τοὺς Πλατωνικοὺς διαλόγους καὶ τὰ Πλουτάρχεια . . ὁπόσα τε τοῦ Λυσίου εὕρηται καὶ τὸν ἡμεδαπὸν θεόλογον Γρηγόριον, ὃν δὴ καὶ κεφάλαιον τίθεμαι τῶν ὅσα σπουδῆς καὶ χαρίτων προέστηκε.* Hoc igitur loco et ceteris et Platoni anteponit Gregorium. Similiter p. 51 postquam, quid ex quoque utilitatis cepisset, exposuit: *ἐπὶ πᾶσι δὲ ἡ θεολογικὴ μοῦσα καὶ λύρα καὶ χάρις καὶ σάλπιγξ καὶ βροντῶσα φωνὴ ἀντὶ πόσης ἑτέρας γλώσσης ἐξήρκει μοι.* Magni etiam momenti sunt, quae exarantur apud Sath. V 150: *καὶ οὔπω λέγω τὰς μείζους τοῦ λόγου δυνάμεις, ὧν τοῦ μὲν καθ' ἡμᾶς λόγου τὰ πρῶτα ὁ τῆς θεολογίας Γρηγόριος, ὃν οὐδ' ἂν οὐδ' ἡ οὐρανία σάλπιγξ ὑπερηχήσειε,*[1]) *μετὰ δὲ τοῦτον τῆς θύραθεν*

---

[1]) Quae sententia et alio quem modo afferam loco occurrit et

σοφίας Δημοσθένης τε καὶ Δημάδης,[1] *προσθήσω δὲ καὶ Ἰσοκράτους ἀστραπαὶ καὶ βρονταί, τῆς μὲν Γρηγορίου ἥττους φωνῆς τοσοῦτον ὅσον κρείττους τῶν ἄλλων.* Itaque iam manifestum est Psellum cum auctore primas Gregorio inter oratores partes deferenti non discrepare.

Nec non conspirant singulis in iudiciis tradendis: Boiss. p. 125 (= Migne 901 C): *τριῶν δὲ ὄντων εἴδων τῆς ῥητορικῆς, ὁ μὲν Δημοσθένης τῷ δικανικῷ μέρει εὐδοκιμώτατος κἂν ταῖς συμβουλαῖς τῶν ἄλλων δεινότατος, πανηγυρίζειν δὲ προῃρημένος ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων ἐλάττων ἐστίν. ὁ δὲ . . Γρηγόριος τὴν μὲν πανηγυρικὴν ἰδέαν οὐ τὴν Δημοσθενικὴν μόνον γλῶτταν ὑπερηκόντισεν, ἀλλ' οὐδ', εἴ τίς ἐστι σάλπιγξ οὐράνιος, ἐκείνῳ δὴ ἀντηχῆσαι δύναται κατά γε τοῦτο μέρος. πρὸς δέ γε δικαστικοὺς ἀγῶνας καὶ ἐν οἷς τὰς συμβουλὰς διατίθεται ἱκανὸς ἐκείνῳ διαμιλλήσασθαι.* Haec apud nostrum interdum ad verba fere referuntur. § 37 Gregorium in iudicali genere et in consiliis parem esse Demostheni dicit, in genere autem panegyrico omnes vincere, quae res §§ 38 et 39 exemplis illustratur. Velim conferas etiam Boiss. p. 126 (= Migne 904 B) ~ § 31, de Gregorii facundia, quae nusquam fatigat. Boiss. p. 127 (= Migne 904 C) ~ § 55, de Gregorii simplicibus exordiis. Boiss. p. 126 (= Migne 904 B) ~ § 20, *τὰ μὲν κλείων ταῖς περιόδοις, τὰ δὲ ἀνοίγων τῷ πνεύματι* (sc. *Γρηγόριος*). Boiss. p. 128 (= M. 905 A) ~ § 47 sqq., (*Γρηγορίου*) *λόγος ἀπρόσιτος τοῖς πολλοῖς.* Sathas IV praef. LII: Platonis partes suscipit contra Dionysium Hal. (de comp. 117 cp. 18) aliosque, qui eum parum diligentiae in verba eligenda contulisse dixerant. Plato autem (§ 10) in numero eorum, qui verbis accurate eligendis florebant, habetur (cf. p. 72). Migne CXXXVI,

---

nostro in § 13 obversata videtur fuisse. Opponitur autem pagane dicendo, quod *Ὀλυμπιακῇ σάλπιγγι* (cf. § 39) illustratur.

[1]) Demades ipse quidem scripta non reliquit (cf. Blass, att. Bereds. III, 2² p. 269, 4). Excepto autem Suida (s. v. *Δημ.*) hoc Pseudo-Demadeorum vetustissimum testimonium.

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

1318 C traditur Plato panegyrico generi parum aptus fuisse, quo cum conferas § 38. Boiss. p. 127 (= M. 904 C) et Sath. V 150 de Isocratis diffuso et laxo genere dicendi. Idem § 22 perstringitur. Boiss. p. 50 *κοινότης τῶν λέξεων* Isocratis perhibetur. § 19 ei laudi vertit noster, quod usitatis verbis componendis eam orationis vim assecutus est, quam alii nisi insolentibus usi verbis consecuti non sunt. Boiss. p. 50 Thucydidis dicendi generis *δύσμορφον* vituperatur, *ἔννουν* praedicatur. Quocum bene quadrat, quod § 10 eius *ἐκλογὴν* parum iucundam esse annotat noster, cum § 40, quod *βαθὺς τὴν γνώμην* sit, ei probetur. Suo denique iudicio usus videtur esse auctor in eo, quod Aristotelis obscuritatem carpit (§ 48). Alii enim ad dialogos potissimum spectantes *σαφήνειαν* eius laudibus extollunt (cf. exempla, quae congessit Kaibel, Stil und Text der *πολιτεία Ἀθηναίων* des Arist. p. 114 sqq.).[1] Pselli autem iudicia de eius obscuritate exstant Sath. IV, LI, 3 V 442, V 499 sq.

In quibus iudiciis conferendis unum tantum mihi oblatum est exemplum, quo noster cum Psello dissentire videtur. Quod enim ille dicit (§§ 5 [24]) Gregorium alios non imitatum esse, sed *ἀπὸ τῆς οἰκείας πηγῆς* ei manasse virtutes dicendi, hoc cum Psello discrepat, qui in illa commentatione, quam conscripsit de patribus ecclesiasticis, eum Aristidem, Lysiam, Isocratem, Thucydidem imitandos sibi proposuisse dicit.[2]) Quae differentia eo minuitur vel omnino tollitur quod § 3 (*Γρηγόριον τὰ παρ᾽ ἑκάστοις ἐκείνων ἐξαίρετα ἀκριβέστερον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις κατακεράσαντα, ὥστε μὴ δοκεῖν κατὰ ζῆλον ἐκείνων ταῦτα συναγαγεῖν, ἀλλ᾽*

[1]) Auctorem esse, ut Keilii verbis utar (l. l.), „eine selbständig urteilende Persönlichkeit" vel inde cognoscitur, quod iidem Aristotelis „copiam verborum" *(οὐκ ἐνδεής)* laudant, cum noster praebeat *ἑνὶ τὰ πολλὰ ταμιευόμενος ῥήματι.*

[2]) Gregorium Polemonem aemulatum esse Hieronymus de vir. ill. 117 et Suidas s. v. *Γρ.* tradunt.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

αὐτὸν κτλ.) secum leviter pugnans ad Pselli verba accedere videtur scribentis (Boiss. 127 = M. 904 D) *οὐχ ὥσπερ δὲ ἐκ πολλῶν ῥητόρων ἥρμοσται, οὕτω δὴ καὶ πρὸς ἕκαστον .. διῄρηται, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰ συγκεραννύμενα χρώματα ἄλλο τι εἶδος ποιεῖ καὶ ἔστι τοῦτο οὐχ οἷον ἐκεῖνα, ἀλλ᾽ ἔστιν οὗ κάλλιον ... οὕτω δὴ καὶ τὸ Γρηγορίου χρῶμα τοῦ λόγου διήνθισται μὲν ἐκ μυρίων χρωμάτων, ἔστι δὲ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα καὶ κάλλιον ἐκείνων παρὰ πολύ* et (p. 128 = 905 A Migne) *εἰ λέων τις ἐγεγόνει σώζων μὲν ἑαυτῷ καὶ τὸ βλοσυρὸν ἐπισκύνιον, εἶτα δὴ καὶ πρὸς τὰ ἤθη καὶ σχήματα τῶν ἑτέρων θηρῶν μεθηρμόζετο καὶ ἐμιμεῖτο ξύμπαντα, μὴ καταβαίνων τοῦ ἀξιώματος, αὐτὸ ἂν τοῦτο ἦν ὁ θεῖος ἀνήρ.*[1])

Perpensis igitur omnibus, quae singulis capitibus disserui de necessitudine, quae intercedat inter nostrum libellum et scripta Pselliana, iam facere non possum, ut eum a Psello abiudicem.

---

[1]) Ceterum moneo §§ 5, 24 verba et ex libelli genere interpretari posse. Noster, cum in Gregorii laudem *ἐγκώμιον* quod vocamus scripturus esset, (cf. Norden, Kunstpr. II 568, 4: „aber eine richtige Würdigung im ganzen dürfen wir natürlich nicht erwarten. Gregor ist ihm der Inbegriff des Redners und er versteigt sich dabei zu lächerlichen Übertreibungen“) ad augendam amplificandamque virtutem eius scribendi haec profert. cf. etiam append. § 5 *ἐπεὶ δὲ μετ᾽ ἐκείνους τὴν προστασίαν τῶν τεχνικῶν λόγων ἐδέξατο ὁ πατήρ* (*Ἰωάννης*), *ζηλωτὴν μὲν τοῦτον ἐκείνων οὐδ᾽ ἂν εἴποιμι, ἀσκήσαντα δὲ τὴν αὐτὴν τέχνην, εἶτα διενεγκόντα πολὺ τοὺς προειληφότας δείξαιμι τῷ λόγῳ λαμπρῶς.* Idem initio libelli in laudem suam conscripti *ἡμεδαπὸς Δημοσθένης καὶ Πλάτων* nominatur, cum in illo quem supra (p. 42) attuli loco Gregorium Demosthenis apud suos locum dicat obtinere. Quibuscum, si vere Pselliana est laudatio nostra, quod nunc iam neminem in dubium vocare puto, coniungenda sunt, quae ipse Psellus de licentia scriptoribus in laudationibus concessa disserit Sath. IV 327: *κἂν εἴ τις τὴν τέχνην* (*τῶν ἐγκωμίων*) *ἀπαρνηθείη καὶ τὸ μεθόδοις ἐθέλειν τὰ πεπραγμένα ὑψοῦν, ἀλλ᾽ αὐτὴ τῶν γεγονότων ἡ φύσις ἀντ᾽ ἄλλης τινὸς ἀποχρῶσα δεινότητος.* cf. praeterea Sath. IV 388 et 389.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

II. Editio.

Conspectus siglorum: H = Hierosolymitanus. N = Parisinus. P = Palatinus. V = Marcianus. M = Bodleianus. Σ = PVM codicum consensus.

Τοῦ ὑπερτίμου Ψελλοῦ λόγος σχεδιασθεὶς πρὸς Πόθον βεστάρχην ἀξιώσαντα αὐτὸν γράψαι περὶ τοῦ θεολογικοῦ χαρακτῆρος.

§ 1 *Μὴ θαυμάσῃς, Πόθε μοι φίλτατε, εἰ τῶν πρὸ ἐμοῦ ῥητόρων καθ᾽ ἕνα τοὺς σοφιστάς τε καὶ φιλοσόφους, ὅσοι γλώττης ἐσχήκασιν ἐπιμέλειαν, πρὸς τὸν τῆς ἑρμηνείας χαρακτηρισάντων ὡραϊσμόν, ἐγὼ τὸ πλῆθος συστείλας, εἰς ἕνα καὶ μόνον ἄνδρα τὴν πᾶσαν τοῦ λόγου τέχνην καὶ δύναμιν συνειλοχέναι*
§ 2 *ἐπικεχείρηκα. οἱ μὲν γάρ, ἐπεὶ τὰς τῆς <λέξεως καὶ> πράξεως ἀρετὰς οὐκ εἰς ἕνα τῶν πάντων, ἀλλὰ παρ᾽ ἄλλοις ἄλλας τεθεωρήκασιν, ἐβούλοντο δὲ μὴ ἡμιτελῆ τὴν κρίσιν τοῦ χαρακτῆρος εἰσενεγκεῖν, ἀλλὰ τελείαν καὶ ἀπηρτισμένην, διὰ τοῦτο ἄλλο τι παρ᾽ ἄλλου πρὸς τὸ εἶδος συνηρανίσαντο· παρὰ μὲν Πλάτωνος, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, τὴν διαλογικὴν φράσιν, παρὰ δὲ τοῦ Σωκρατικοῦ Αἰσχίνου τὴν ἐμμελῆ συνθήκην τῶν λέξεων, παρὰ δὲ Θουκυδίδου τὸ ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, καὶ παρὰ μὲν Ἡροδότου τὴν παναρμόνιον εὐρυθμίαν, παρὰ δὲ Ἰσοκράτους τὸ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ τοὺς πανηγυρικοὺς τῶν λόγων εὐάρμοστον, παρὰ δὲ Δημοσθένους τὸ πρὸς τοὺς δικαστικοὺς ἀγῶνας πικρόν τε ὁμοῦ καὶ νοερὸν καὶ γέμον μεγαλοφωνίας καὶ ἄσθματος, παρὰ δὲ τοῦ Ἀσιανοῦ Πολέμωνος καὶ τοῦ ἐκ Μαραθῶνος Ἡρῴδου καὶ τοῦ Ἐφεσίου Λολλιανοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμηκότων τὸ πρὸς ὅ <ἕκαστος> οἰκει-*

§ 5. *ἀναστομώσας*] *ἀναστομόω* voci et hic et § 24 aperiendi patefaciendique inhaeret notio (cf. Theoph. de causis pl. II, V 4 et de odor. 50, Arist. de anim. gener. III, 1) — *διαυλωνίσας*] *τὸ διὰ στενοῦ ῥεῖν* Suidas (s. v.), quod Stephanus (s. v.) *τὸ αὐλῶνα διέρχεσθαι* explicat. Quocum optime congruunt illa Pselliana, quae p. 39 attuli. Hic notio causativa voci subiecta est (cf. May. p. 71,1). Dicit autem eum orationem emittere non laxam, sed rotundam. cf. Psell. CXXII, 904 C de eodem Gregorio (*ἐκ τῆς Ἰσοκράτους πηγῆς*) *λαμβάνων τῆς ἰδέας νάματα, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου ταῦτα προχεῖται στόματος, ἀλλὰ συστρέφει καὶ στρογγυλίζει σωλῆνι σφίγγων, ὥς αὐτός φησιν, ἀλλ' οὐκ ἄφετον ἐῶν τοῦ λόγου προχεῖσθαι τὸ ῥεῦμα* (cf. etiam appendicis § 10 et nostri lib. § 22) — *παρασυνάψας*] *παρασυνάξας* quod tradunt codices omni caret sensu. Nam praeterquam quod formam Graecae linguae redolentem barbariem (Hatzidakis p. 176) a Pselli elocutione alienam esse veri simile est (cf. p. 66), separationis notio loco minime apta. Unius litterae commutatione, quae ab insequenti voce *πλήξας* corrupta videntur esse, bene eva-

Digitized by Google Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

dunt — *νοερῶς πλήξας*] summam (*ὑπερβολαία*), quae est gravissima, mediae (*μέση*) acutissimaeque imae (*ὑπάτη*) adiectam divino quodam modo plangit. *νοερῶς* enim in hunc fere sensum interpretandum. Nam quod sensibus non percipitur velut Platonis *ἰδέαι*, id divini particeps est. Commendant autem haec *τὴν φύσιν ὑπερεφώνησε* verba. Ipsa vox apud Platonicos, qui vocantur recentiores, Christianosque scriptores frequentissima — *οἷον οὐδὲ τὸν κύκνον κτλ.*] ex Platone sumptum Phaed. 84 E sq. *οἳ (κύκνοι) ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, . . ᾄδουσι, γεγηθότες, ὅτι μέλλωσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπέρ εἰσι θεράποντες* (cf. etiam p. 25). — *οἰκεῖον*] Apud recentiores *οἰκεῖος* adjectivum notione possessiva saepe praeditum est sine vi adhibita (Mullach, Gram. der gr. Vulgärspr. p. 53, Krumb. Sitzungsb. der bay. Ak. d. Wiss. (hist.-phil. Kl.) 1892 p. 278). Similiter (§ 40) *καὶ καταβαίνει πολὺ τῆς οἰκείας δυνάμεως*. Sed cum vi elatum §§ 5, 24.

§ 6. Ad totam sententiam conferre liceat Augustini conf. V 13 „verbis eius (Ambrosii) suspendebar intentus, rerum autem incuriosus et contemptor astabam et delectabar sermonis suavitate — *ἐνεαρίζω*] „vernum tempus dego“ Steph. s. v. Qua ab significatione ea profecta est notio, ut, cui hieme peracta iam licet vernum agere tempus, is maxima afficiatur voluptate. Itaque *ἐνεαρίζειν τινί* voluptatem capere ex aliqua re videtur significare. cf. Psell. Boiss. p. 89 *νηνεμίας μὲν οὔσης ἔξεισι* (*ἡ φθείρ*) . . *καὶ ἐνεαρίζει τοῖς οἰκείοις κάλλεσιν*. Utramque significationem habes coniunctam apud Eust. Thess. p. 341, 67 Taf. *ἐνεαρίζειν ὥσπερ ἡμῖν πάρεστι τῷ γράμματι τῆς ἀγάπης σου τοῦ χειμῶνος ἐκλαθομένοις*.

§ 7. *οἱ παχύτεροι τ. σοφιστῶν*] inelegantes (cf. *τοὺς ὄχθους τῶν χειλέων μὴ ἀπολεάναντες*), quod genus eorum nimis est opimum turgidumque. Similiter Philostr. VS 27, 29 *ἀπαξιοῦσι γὰρ δὴ τὸν ἄνδρα* (Scopelianum) *τοῦ τῶν*

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

σοφιστῶν κύκλον διθυραμβώδη καλοῦντες καὶ ἀκόλαστον καὶ πεπαχυσμένον. ταυτὶ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν οἱ λεπτολόγοι, p. 97,29 (*Παυσανίας*) *παχείᾳ τῇ γλώττῃ — προσοχθίσειε*] vox in LXX usitatissima (omissa ab Helbing, Gram. d. Sept.) propter *ὄχθους* quod insequitur usurpata videtur esse. „*ὄχθοι* autem dicuntur apud medicos tumores verrucosi tuberosique, quales in elephanticis apparent: inde labra ulcerum praetumida, callosa et dura *ὀχθώδη*, quasi dicas verrucosa, appellantur“ Gorraeus def. med. p. 354. Cui significationi Psellus artius se applicat Synesiano exemplo (cf. p. 41) *ὄχθους τῆς γλώττης* exaranti — ⟨*μᾶλλον*⟩] addidi. Nam arte rhetorica si usi essent illi, perpolita iam facta essent scripta eorum. Sed cum artem compensare studerent audacia (*ἐθάρσησαν τὰ συγγράμματα*) *τόλμῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ χρησάμενοι*, audacius quam nitidius lucubrationes suas conscripserunt. cf. Philostr. VS 96, 12 (*Πολυδεύκης*) *τοὺς δὲ σοφιστικοὺς τῶν λόγων τόλμῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ ξυνέβαλλε θαρρήσας τῇ φύσει.* Sophistarum autem propria fertur *ἡ τόλμη* cf. VS 80,4 et 110,2, Synes. de Dio. LXVI, 1124 A Migne. De vocis *θαρσέω* usu transitivo cf. May. p. 72,2 — *πολλοῦ γε καὶ δεῖ*] cf. supra p. 38.

§ 8. *φίλτατέ μοι παίδων* cf. p. 26. — Verborum quae describit genera tria spectare videntur ad grande (*εὔογκα καὶ τὰς γνάθους πληροῦνται κτλ.*), tenue (*τὰ δὲ λεῖα κτλ.*), medium (*τὰ δὲ ἐν μεσότητι κεῖται, ὡς μήτε* (neque) *θορυβεῖν* (velut grandia) *καὶ* (et) *ἡδύνειν* (tenuia nempe *οὐ πάνυ εὔηχα*). Itaque facere non possum, ut cum Mayero pro *καὶ* reponam *μήτε*. In sequentibus autem, cum codices quattuor lapidum enumerent specimina, multum mihi arridet Keilii coniectura rescribentis *τὰ δὲ ὑπαυγάζουσι*, [*τὰ δὲ*] *ὧν τραχεῖα ἡ ἐπιφάνεια.* Nam subsplendent, quod summo sunt aspero. *φλεγμαίνοντα* (Hesych. *φλεγμαίνει* = *ὀγκοῦται*) turgentia igitur et inflammata verba. *σμάραγδοι* Heliodoro Aeth. II 30 definiuntur *οἷα λήιον ἠρινὸν χλοάζουσαι ἐλαιώδους αὐτάς τινος λειότητος ὑπαυγαζούσης.* — *ἐμφαίνων*] sc. *αὐτά* „verbis

Digitized by Google

Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

quasi repraesentare et ante oculos ponere“ (Steph. s. v.) reponit, ut metaphorarum, quas modo attulit, attenuet vim.

§ 9. *ψυχαὶ δὲ γυμναί κτλ.*] Ex Timaeo sumpta et haec. 41 E sq. *νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς* (*ψυχαῖς*), *ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ . . ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι, τὸ δὲ ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν κτλ.* — *ὄργανον*] vox corpus significat, quippe quod anima inferius velut instrumentum sit eius. cf. Psellum CXXII, 716 A *τῶν δὲ Ἑλλήνων οἱ πρόκριτοι μετὰ τὴν τελείωσιν τοῦ φυσικοῦ ὀργάνου καὶ τὴν ἀποκύησιν τούτου, ἐνσπείρουσι ταύτην* (*ψυχήν*) *τῷ σώματι.* — *ὅθεν αἱ μὲν κτλ.*]. Animarum utpote variis corporibus insitarum alia alio delectatur lapide. Et nunc quidem quattuor enumerantur lapides, quod singulis lapidibus singula respondent elementa. *τὸν ἀ έ ρ ο ς ἔχοντα-χροιάν*]. Est autem hic lapis iaspis. cf. Orph. Lith. 264, Plinius 37, 115, Dion. Perieg. 724 (Geogr. Gr. II 148 (Muell.) *τὸν φλεγματίαν*] certe ad *φλεγμαίνοντα* (i g n e m fundentem) *λίθον* videtur alludere. Qua de causa incertus haereo, num *φλεγματίας* pituitosus (lapis) in *τὴν φλεγμασίαν* commutandus sit. *παντάρβη*] Saepius mirabundae eius virtutis mentio fit apud veteres cf. May. p. 73, 4. Est autem hic *ὑ δ ρ ο φάνης,* cf. Baehr, Ctesiae rel. p. 265 sq., qui fusius ibi de ea egit. *πράσινον λίθον, καθά πού φησιν ἡ Γραφή*] porraceus, porro similis lapis viridis coloris denique ad quartum spectare videtur elementum. Gen. II 12 *καὶ ἐκεῖ* (*ἐν γῇ Εὐιλάτ*) *ἐστὶν ὁ ἄνθραξ καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος.*

§ 10. *κατὰ τὴν ἐκείνου φάναι φωνήν*] Migne XXXV 728 B (or. VI 181) *καὶ τὸν πολύτιμον μαργαρίτην πάντων ὧν εἶχόν ποτε ἀντηλλαξάμην καὶ γέγονα μεγαλέμπορος* dicit ad facultatem suam dicendi respiciens. Ipse autem Gregorius haec sumpsit ex Math. XIII 45/46 *πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας· εὑρὼν δὲ ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακεν*

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

πάντα, ὅσα εἶχεν, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν — *Σουφείρ*] terra, unde rex Salomon aurum gemmasque sumpsit. cf. 3 Reg. IX, 28 et X, 11. 1 Paral. XXIX, 4. 2 Paral. VIII, 18 et IX, 10. Jes. XIII, 12 ubi: *καὶ ἄνθρωπος μᾶλλον ἔντιμος ἔσται* (sc. die Domini) *ἢ ὁ λίθος ὁ ἐν Σουφείρ*. — *στρογγύλα καὶ περιφερῆ*] similiter iungit [Dionys.] ars rhet. p. 116, 16 Us. *τὰ στρογγύλα καὶ περιφερῆ προοίμια* idemque Dem. cp. 19 *στρογγύλῃ λέξει* opponit *τὴν πλατεῖαν* (cf. *μὴ μάτην ἐκτεταμένα*) et *μακράν*. Pertinent vocabula ad rotundam dicendi rationem, quae Lysiae potissimum tribuitur (D. Hal. Lys. cp. 6), cf. Geigenm. p. 91 sqq. et May. p. 74, 1 — *σχήματι . . εἴδεσιν*] cf. May. p. 74 — *τῷ στερεῷ κτλ.*] cf. ibid. p. 74, 2. — Psello non probatur Thucydidis *ἐκλογή*. De qua D. Hal. Thuc. 24 (866) *ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν καὶ γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην καὶ ξένην λέξιν προελόμενος ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τοῖς κατ' αὐτὸν ἀνθρώποις*. Quae in malam partem non esse accipienda Blass (d. gr. Bereds. von Alex. bis August p. 186) dicit. Attamen conferas velim Marcellini vitam Thucydideam (§ 53) *τὴν μέντοι ἰδέαν αὐτοῦ τῶν λέξεων καὶ τῶν συνθέσεων αἰτιῶνται οἱ πλείονες, ὧν ἐστι Διονύσιος ὁ Ἁλ.* Idem pergit Halicarnassensi impugnans: *μέμφεται γὰρ αὐτῷ ὡς πεζῇ καὶ πολιτικῇ λέξει χρῆσθαι μὴ δυναμένῳ, οὐκ εἰδὼς ὅτι δυνάμεως ταῦτα πάντα ἐστὶ περιττῆς καὶ ἕξεως πλεονεξία*. cf. etiam p. 44. — De Nicetae Smyrnaei ecloga nil tradunt veteres. Nostratum autem Schmidii iudicium cum Pselli congruere videtur exarantis (Att. I 44): „Da wenigstens Niketes u. Polemon sicher . . von einer gründlichen Ausbildung . . nichts wissen wollten, so konnte an Sorgfalt . . der Wahl u. Zusammenfügung der Worte kaum gedacht werden.“ — Scopeliano multi fuerunt obtrectatores, ut ex Philostr. VS. 27, 29 apparet *διθυραμβώδη* (*αὐτὸν*) *καλοῦντες καὶ ἀκόλαστον καὶ πεπαχυσμένον*. Quorum *διθυραμβώδης* fortasse ad eclogam potest referri. Probatur autem in verbis eligendis Psello Lysias (Photius 489 a 9, D. Hal. Lys. cp. 3) itemque Isocrates (Photius 487 a 17,

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

Philostr. VS. 21, 6, non plane probatur Dionysio Hal. Dem. 18 (1008)) nec non Demosthenes. Cuius eclogam Aeschines quidem carpit, cf. D. Hal. Dem. 35 (1063). Quocum ut *διακνίζοντι* et *συκοφαντοῦντι* Dionys. autem minime consentit, sed (de im. p. 28, 19 Us.) eclogam eius laudibus effert. In Platone denique diiudicando longe aliter sentit Psellus ac Dionysius, cum hic eius eclogam vituperet, laudet compositionem (de comp. 117 (cp. 18)). Ille Platonem in numero ascribit eorum, qui verbis bene eligendis florebant, eos autem, qui egregia ornati erant compositione, enumerans (§ 19) philosophum omittit. cf. etiam p. 43. Photio et ecloga et compositio eius probatur (491 b 38), Joh. Sic. autem VI 99, 24 W. cum alia eius vitia tum haec affert *οὐδ' ἀκριβὴς τὴν μίξιν καὶ ἁρμονίαν ὥσπερ καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων εὕρεσιν.*

§ 11. De Phoenice et Sopatro non multum nobis tradunt. Ex Philostr. VS. 106, 21 cognoscere licet Phoenicem mediocrem fuisse sophistam (*οὐδὲ θαυμάσαι ἄξιος, οὐδὲ αὖ διαβαλεῖν πάντα*). De Sopatro Eunapius (p. 12 Boiss.) *Σώπατρος . . ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γράψαι δεινότατος — τὸν συρφετὸν*] cf. May. p. 75, 2 — *ἐπεβάτευσαν*] Synesianum cf. p. 40. — *Φωσφόροις καὶ Στίλβουσι*] sunt Veneris Mercuriique stellae cf. May. p. 75, 2. — *πεντεκαίδεκα μοίρας*] cf. Mayer p. 75, 2.

§ 12. *ἰδιολογήσασιν*] *ἰδιολογέομαι* privatim cum aliquo loqui quod tradunt lexica, huic loco minime convenit. Cum, ut Keilius me docet, *τεχνολογήσασιν* potius exspectes, haud scio an *τοῖς ἰδί(ως τεχν)ολογήσασιν* exaratum fuerit. Sed fortasse cogitandum est de alia *ἰδίου* significatione. Qui peculiari enim proprioque libro vel libri parte de scriptore quodam verba facit velut Dionysius de Demosthene aliisque et Philostratus de singulis sophistis, is *ἰδιολογεῖσθαι* videtur. Itaque infra (§ 13) ad Eunapium aliosque respiciens aegre fert, non quod de Gregorio specialiter non

Digitized by Google Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494 Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

egerunt, sed quod ne in libellis quidem de aliis conscriptis eius mentionem fecerunt (cf. etiam May. p. 76, 1). Incertus haereo, num *ἰδιολογήσασιν* in *ἰδιολογησαμένοις* sit commutandum. Recentiores enim activum pro medio usurpare non dubitant (Hatzid. p. 197 sq.). Sed *ἰδιολογησαμένοις* etiam a litteris *-ασι* in confiniis bis repetitis corrumpi potuisse veri non est dissimile — *Διονύσιον κτλ.*] Dionysium constat Demosthenem et Lysiam ceteris anteponere (Dem. 13 (994)), sed ita, ut ei Demosthenes sit summus orator. cf. Jeukens, Plut. v. Chaer. u. die Rhet. p. 94. Theophrastus autem Dionysio opponi videtur, quod Stagiritae praeceptoris vestigiis insistens Demosthenem et Lysiam Isocrati postposuit (cf. Blass, att. Bereds. I² 386, II² 122, 129). Chrysippus Stoicus, cui palmam detulerit, nescimus. cf. May. p. 77. De Longino critico ibid. p. 77. — *Κρητικόν* in *κριτικόν* commutandum esse docent Suidas (s. v. *Λογγῖνος* et *Φρόντων*), Photius 492 a 29, Eunapius p. 7 Boiss. — Philostrati exempla noster ad illam Lemnii distinctionem spectans (cf. p. 64) ita adornat, ut sophistis proprie dictis, Lesbonacti et Hermocrati, opponat Eudoxon et Dionem philosophos „*ξὺν εὐροίᾳ ἑρμηνεύοντας*". Sed dormitavit hic bonus Psellus, cum Lesbonactis Philostratus nusquam mentionem faciat. Qui error quomodo ortus sit, cf. May. p. 78 et 82.

§ 13. *οὔπω γὰρ κτλ.*] verba alludunt ad ultimi iudicii descriptionem cf. 1 Corinth. 15, 52. De vocis *σάλπιγξ* metaphora cf. p. 42 et May. p. 83, 1 — *Εὐνάπιος μετὰ τοῦτον γενόμενος*] Eunapius anno 345/6 natus aequalis potius fuit Gregorii, qui vixit inde ab anno 330 ad 390. Sed cum vitas suas post annum 396 conscripserit (cf. W. Schmid in Pauly-Wiss. encycl. real. s. v.), haud scio an eum neglecturus non fuerit, nisi acerrimus fuisset Christianorum adversarius (cf. *τὰ τῶν Ἑλλήνων πρεσβεύων* et Photius 54 a 29 Bkk. *τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν*). — *κἂν ἠρίθμησε*] cf. etiam § 24 *ὅτι δ' ἂν ἐφθέγξατο* et *κἂν . . ἐπετηδεύσατο.* De hoc usu recentium proprio conferas velim Hatzid.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

p. 216 sq. et Großschupf, de Theodori Prodromi in Rhodantia elocut. p. 37 sq. — *Φιλοστόργιος*] Philostorgius scripsit historiam ecclesiasticam ab controversiae Arianae initiis sive ab anno 300 usque ad a. 425. In qua, quamquam Arianorum partes susceperat, tamen facere non potuit, quin Gregorii in dicendo virtutem summis exornaret laudibus. Attamen displicet Psello sanctum ab haeretico laudari virum. Verba autem *μείζονα τῶν ἄλλων τὴν βάσιν αὐτῷ τῶν λόγων φάμενος* sunt ipsius Philostorgii. Huius rei exstant quattuor testimonia. Photii enim Philostorgii epitoma (Migne LXV, 564 C), Suidas (s. v. *Ἀπολινάριος* et similiter s. v. *Γρηγόριος* et *Βασίλειος*), Nicetas Acominates (Mai, Spicileg. Rom. IV p. 424) eisdem fere verbis tradunt *τῷ δέ γε Γρηγορίῳ καὶ παρ᾽ ἀμφοτέροις* (sc. Basilio et Apollinario) *ἐξεταζομένῳ μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος.* Photius denique (8 b 33) suis haec refert verbis. Quibus de exemplis nostro, quod ei non innotuerat, excepto egit Asmus BZ IV (1895) p. 30 sqq. Ex ipsius autem Philostorgii verbis apparet *τῶν ἄλλων* Pselli ad Apollinarium Basiliumque tantum spectavisse. Sed utrum ea ex ipso Philostorgio, quem usque ad saec. XIII Byzantini legebant (cf. Preuschen, Realenc. f. prot. Theol. s. v.), an ex epitoma quadam hauserit, id non iam licet diiudicare.

§ 14. *λόγου μόρια*] Etym. May. s. v. *ἀρτρέμβολα*: *τῶν μέρων τοῦ λόγου μέρη εἰσὶ τὰ μόρια.* Ibi *μόρια* de singulis litteris usurpatum, nostro loco de singulis verbis dicitur, quae sunt velut *μόρια κομμάτων* et *περιόδων*. Similiter § 18 *τοῦ λόγου τὰ μόρια* significat *ὀνόματα,* quod non commatum periodorumque compositionem in censum vocavit, sed verborum — *Διονύσιος ὁ πάνυ*] cf. May. p. 85 — *καταμελιτοῦσαν τὴν ἀκοὴν*] Synesianum, cf. p. 41 — de *ἀναμεινάτω*] Pselli propria transitionis particula cf. p. 38 — *κομμάτων κτλ.*] *κῶλον* a *κόμματι* differt longitudine cf. Hermog. III 159, 16 W. De pneumate et periodo cf. Hermog. III 158, 9 W. et § 20 *εἴτε συναγάγῃ ταῖς περιόδοις εἴτε διατείνῃ τοῖς πνεύμασιν.*

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

— *ὡς οὐκ ἄν τις οἰηθῇ*] *οἰηθῇ* in *οἰηθείη* quod exspectares, idcirco non commutandum, quod insignis est apud Psellum usus particulae *ἂν* cum coniunctivo coniunctae, ubi optativum potentialiter usurpatum vel futuri exspectas notionem. Quem usum Boissonadius Pselli proprium annotat (ad p. 132, 1), sed ex Prodromo quoque nonnulla prompsit exempla Großschupf (l. l. p. 31). cf. etiam § 18 *καὶ σὺ μὲν οὐκ ἂν ἐάσῃς* § 22 *ἐγὼ οὐκ ἂν προσαρμόσωμαι* (*HΣ*, — *σαιμι N*). Sed non desunt Atticae dictionis exempla cf. §§ 34, 37. Non magis *ἣν ἂν βουληθείη* temptandum, ubi *βουληθῇ* exspectares. cf. Großschupf p. 39.

§ 15. *ὥσπερ γάρ φασιν κτλ.*] Apodosis correlativa *οὕτω δὴ καὶ* . . . a codd. ita traditur, ut Gregorii compositionis artem a mente concipi non posse a philosophis exstet enuntiatum. Sed Pselli hoc iudicium a scriba quodam per errorem verbo *φασὶν* subiectum est. Itaque *ἡ* . . *συνθήκη* . . . *ὑπερεκπίπτει* restituendum — *καὶ μὴ λόγον ἄλλως κτλ.*] Et hoc Synesii cf. p. 41 — *οἰκοδόμος κτλ.*] cf. D. Hal. de comp. 40 (cp. 6).

§ 16. *ποθουμένῳ* . . *σώματι*] Alludit hic noster ad Pothi nomen cf. p. 29. Talia in deliciis habet Psellus, cf. Sath. V 225, 226, 402 — *ὑφ' ἅλμῃ βεβρωμένους*] Flosculum Platonicum (cf. p. 25) Phaed. 110 A *ἥδε μὲν γὰρ ἡ γῆ καὶ οἱ λίθοι καὶ ἅπας ὁ τόπος ὁ ἐνθάδε διεφθαρμένα ἐστὶν καὶ καταβεβρωμένα, ὥσπερ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ ὑπὸ τῆς ἅλμης.* — *οὐ πάνυ λαμπρύνοντας τὸ φιλοτεχνούμενον*] non plane splendent, quod ad verba artificiose ingenioseque tractanda attinet — *προσήνεγκεν*] *ἂν* particula omissa in apodosi irreali ex usu recentium. Item in enuntiato potentialiter usurpato § 7 *προσοχθίσειε* § 57 *πορέσειε.* cf. Hatz. p. 219, Schmid, Attic. IV 621, Großschupf p. 35, 37. — *εἰ μὲν οὖν τὸ κάλλος κτλ.*] Sumpta haec ex Plat. Timaeo 30 A *ὁ θεὸς . . . πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ*

Digitized by Google · Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494 · Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. Quocum coniungit, quod Plato elementa ex triangulis, quadriangulis rotundisque exstitisse dicit. cf. 53 C sqq., Zeller II, 1[4] p. 800 sqq. cf. etiam Pselli CXXII, 728 B *Πλάτων δὲ καὶ περιφερῆ* (cf. *περιηγμένα*) *καὶ ἐν διαφόροις πλάττει σχήμασι* (sc. *τὰ στοιχεῖα*) — *ὁρμαθός*] apud Sath. V 260 de monili quodam, quod constat ex ordinata margaritarum serie, usurpatur. Hoc loco de siderum ordine non disturbato videtur enuntiatum.

§ 17. *μέσοις δὲ διαστήμασι κτλ.*] rem valde subobscuram explicat Zeller II, 1[4] p. 777, 1 — *εἰ δὲ μή κτλ.*] Aphroditae Phidiensis testimonium cuius sit momenti cf., Br. Keil, Ath. Mitt. XXIX (1904) p. 383 sq.

§§ 18. 19. *καὶ σὺ μὲν οὐκ ἂν ἐάσῃς κτλ.*] de hoc loco, qui ad Pothi condicionem atque dignitatem accurate definiendam multum valet, cf. p. 29 — *ὁ δὲ φιλοτεχνούμενος κτλ.*] Prompta haec ad verbum fere ex D. Hal., cf. May. p. 86 sq. — De voce *συναλιφαῖς*] ibidem p. 87, 1 — *ὧν τὴν ἐπιστήμην κτλ.*] In tota sententia conformanda Psello haec Dionysii de comp. 11 (cp. 3) oculis videntur obversata fuisse: *πολλοὶ γοῦν καὶ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς φιλόσοφοί τε καὶ ῥήτορες λέξεις πάνυ καλὰς καὶ πρεπούσας τοῖς ὑποκειμένοις ἐκλέξαντες ἐπιμελῶς, ἁρμονίαν δὲ αὐταῖς ἀποδόντες εἰκαίαν τινὰ καὶ ἄμουσον, οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαυσαν ἐκείνου τοῦ πόνου. ἕτεροι δ' εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συνθέντες δ' αὐτὰ ἡδέως καὶ περιττῶς πολλὴν τὴν ἀφροδίτην τῷ λόγῳ περιέθηκαν.* Ipsa *κοινὰ παραλαβόντες ὀνόματά τε καὶ περιτρέχοντα* sumpta ex Din. 2 (633) *ὀνόματα κοινὰ καὶ περιτρέχοντα* — *μίξεσι*] cf. May. p. 86. — Laudatur compositio Lysiae (cf. Photius 489 a 9), Isocratis (Photius 487 a 17, Philost. VS. 21, 6, D. Hal. de vett. script. cens.), Demosthenis (D. Hal. Dem. 35 (1062)), Herodoti (D. Hal. de comp. 53 (cp. 10). ad Pomp. IV, 778, Thucyd. 23 (865)). Quod autem eos usitatis, non

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

Digitized by Google Original from PRINCETON UNIVERSITY

novis usos esse dicit verbis, id his comprobatur exemplis: Demosthenem Dionysius (Dem. 35, 1063) ab Aeschine defendit, qui *πρᾶγμα ἐχθροῦ ποιῶν καινότητα ὀνομάτων προστρίβεται αὐτῷ.* De Demosth. et Lysia cf. D. Hal. Dem. 13 (992). De uno Lysia, D. Hal. Lys. 3 (455 sqq.) et Max. Pl. V 446, 7 W. De Lysia et Isocrate, D. Hal. Is. 11 (556). De ipso Isocrate cf. D. Hal. Dem. 4 (962), 18 (1006), Psellum (supra p. 44). De Herodoto denique D. Hal. ad Pomp. IV, 778 (cf. etiam p. 37 et 40).

§ 20. *εἰς ἀναπαίστους καταλήξει κτλ.*] cf. May. p. 87 et 88, 1.

§ 21. Quod Psellus *τὸ στρογγύλον* et *εὔτορνον* Lysiae laudat, sed *τὸ ὑπόκενον* carpit, cum Platonis iudicio (Phaedr. 234 E sq.) consentire videtur, quod iudicium etiam a Plutarcho (de r. rat. aud. 45 A) affertur. Dionysio ob illud *στρογγύλον* maxime probatur, Lys. 6 (464), Dem. 13 (992), Isae. 20 (627 sq.), 3 (589). Lysiacae elocutionis *ψιλόν* detrahit Plut. l. l. 42 D — *μέχρις ἐπιφανείας*] paupertas et exiguitas sententiarum eius tanta est, ut obvelari non possit, sed iam in summo appareat.

§ 22. *διακεκομμένον*] D. Hal. Dem. 43 (1092) — *ἐκείνου ὑπεραπολογουμένων*] Psello non plane probatur Demosthenes, quamquam a Dionysio (*ἐκείνου*) summis exornatur laudibus (cf. p. 73) — *τὸ δ' Ἰσοκρ. διαφαίνεται*] D. Hal. Dem. 18 (1006) — *ἀσυστρεφές*] D. Hal. Dem. 4 (964), Din. 8 (646) *ἀσύστροφοι* Isocratis imitatores appellantur — *κέχυται*] D. Hal. Is. 2 (538), Dem. 18 (1006), Cicero, orat. 42, cf. etiam p. 44. — Platonis *δύσμικτον*] *δύσμικτος* qui male orationis quae statuunt genera miscit. cf. D. Hal. Dem. 5 (965) et 23, vide etiam § 51 — Herodoti *ἡδύ*] D. Hal. de comp. 53 (cp. 10), ad Pomp. IV 778, Thucyd. 23 (865), Plut. de Her. mal. 874 B C, Quint. X, 1, 73 — *ταχὺ δὲ μεταβάλλον κτλ.*] cf. p. 39. — In Dione diiudicando Philostrato impugnat noster, quod ille genus eius cum Platonis comparat. Philostr. autem (V S. 7, 1)

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

eum non solum Platonem, sed etiam Demosthenem aemulatum esse dicit eundemque in exilium proficiscentem praeter Platonis Phaedonem et Demosthenis de male gesta legatione orationem secum abstulisse allegat. Photius (165 b 16) Dionem in scriptis mythis illustrandis Platonem dicit imitatum esse, sed eo ab illo differre, quod non tumide eos enuntiet. Et eo dissentit noster a Philostrato, quod Dio ei non plane probatur, cum Lemnius in Dione omnes agnoscat virtutes (VS. 6, 30) — πλὴν ἀλλὰ βρύει κτλ.] Psello hic obversabatur Synesii de Dio. iudicium (LXVI, 1120 C sqq., cf. May. p. 89 sq., ubi etiam de vocibus ἀκμαῖος et μεταβολή agitur). Locum depravatum Keil et Mayer diverse temptant, hic καὶ ταῖς μεταβολαῖς ἀκμαῖον < αὖ > τὸν < τῷ > ἀκροατῇ δείκνυσιν (sic N) commendans, ille post μεταβολαῖς lacunam statuens, cum μεταβολαῖς a χάρισι voce non esse divellendum censeat. Equidem ad Walz., rhet. Gr. VIII, 622, 4, ubi λόγος ἀκμαῖος dicitur μεταβολὴ τῶν κατὰ πνεῦμα σχημάτων, respiciens ad Mayeri loci sanandi rationem potius accedam. — De Dionis in dicendo suavitate (χάρις) cf. etiam Menand. III 411, 29 Sp. — περιῆκται κτλ.] Dionis genus οὐδὲ περιῆκται (περιαγωγή rotunditas periodica Ern. s. v.) οὐδὲ συνέχεται (συνέχεια περιόδων continuatio h. e. perpetuus usus periodorum in oratione et consuetudo quaedam periodice dicendi, Ern. s. v.), sed λελυμένον καὶ ἀπερίοδον. Ita enim pro cdd. εὐπερίοδον rescribendum esse docent contextus et Menand. III, 411, 26 Sp. et III, 389, 27 Sp.

§ 23. ῥυθμῷ . . οὐ τῷ ἀκολάστῳ . . τῶν ῥητόρων] Similiter Synesio de Dio. 1124 A Dionis ῥυθμοὶ τοῦ λόγου κεκολασμένοι probantur, in quibus oratores antiquos non recentes imitetur. — οὐδὲ εἰς μονοειδῆ κτλ.] Haec Norden (Kunstpr. II 568 et 922, 3) ad eam spectare censet legem, quam nos Meyerianam vocare solemus, qua ante ultimam enuntiationis arsin complures theses ponendas esse statuitur. Etsi Psellus illam legem non videtur ignorasse (cf. W. Meyer,

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

Digitized by Google

Original from
PRINCETON UNIVERSITY

der accent. Satzschl. in d. gr. Prosa p. 21 et Litzica, das Meyersche Satzschlußgesetz p. 31 (34)), tamen in illis verbis nil inveni, quod de lege peculiariter sit exaratum. Immo, quod clausulis non unius formae (*μονοειδῆ*) eum dicit usum esse, sed variis (*διαποικίλλει*), id in illas quas veteres exercebant clausulas optime cadere puto, quippe quibus variatio in eis ponendis non impobrata sit (cf. Norden II p. 914, 923). Quae variatio mihi magis videtur effici in clausulis quae mensurae legibus tenentur. cf. etiam May. p. 88, 4 — *ἔμμετρος μὲν ὡς τὰ μάλιστα*] cf. Norden I p. 53 „Inbetreff der Rhythmik der Rede ... (lautet das Gesetz), die Rede darf nie metrisch, muß immer rhythmisch sein“, ubi vide exempla.

§ 24. *μεταχειρίζεται κτλ.*] Similiter Syn. et Philostr., cf. May. p. 90. — *ὡς ἅπαξ τὸ ῥεῦμα κτλ.*] Iuvat hic Nordeni de Gregorio rhetore iudicium in medium ponere (Z. f. wiss. Theol. XXXVI, 2 p. 443): „Tatsache aber ist (quamquam se sine fuco oratorio loqui dicit), daß es sicher nicht unter den christlichen, vielleicht nicht einmal unter den heidnischen Rhetoren jemanden gibt, der mit so großer und in ihrer Art wirklich bewunderungswürdiger Technik und Raffiniertheit die Gesetze der antiken Rhetoren beobachtet wie gerade Gregor“.

§ 25. Nunc ad *πραγματικὸν τόπον* accedens cum de *οἰκονομία* Gregorii verba faciat, *τάξιν* et *κρίσιν* eius in censum vocat, cf. May. p. 90. — *ὥσπερ Πλάτων φησί*] cf. p. 25 et Mayer p. 90, 6 — *τεμὼν κτλ.*] ad totam sententiam cf. Sath. IV 395 *ἐκείνου* (Lichudis) *τί πρότερον ἄν τις θαυμάσειε; τὸν νοῦν ἀκριβῶς πάντα συνειληχότα ἢ τὸν λόγον ἐμμελῶς ταῦτα ἐξενεγκόντα; τὴν διάνοιαν ἔνδον τὰ συνειλημμένα μερισαμένην ἢ τὴν γλῶτταν ἔξω τὰ μερισθέντα προενεγκαμένην; — σύμφρασιν*] continuationem et contextum sermonis indicat, qui et *συνάφεια, συνέχεια, συνειρμός* vocatur. cf. Ern. s. v. *συνέχεια.*

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

§ 26. De philosophia et arte rhetorica apud Gregorium bene coniunctis cf. p. 35 et May. p. 91, 2. Et aliis haec virtus Gregoriana probatur, Walz, Rh. Gr. III 612, 17 et III 521, 5 — *διέστηκε*] codicum editores conservasse miror. Rectius *διεστήκασι*. Sed quod ex sententiarum conformatione apparet *διέστηκε* ad Gregorium referendum esse et cum levior sit unius litterae transformatio, praeferrem *διέστησε*, nisi nunc in voce *διέστησε* paulo infra repetita offenderemus. Haud scio an *διέστηκε* vocem sententiam onerantem omnino rectius tollas. — *εἰς ἀναγωγὰς μεταποιούμενος*] cf. May. p. 91, 2 — *λεπροὶ Σίμωνες*] cf. supra p. 19 — *κατὰ θεωρίαν*] cf. May. p. 91, 2 ibidemque *μέχρι τῆς ἱστορίας*.

§ 27. *Πεποίκιλται κτλ.*] cf. supra p. 35. — De locis Gregorianis, ad quos sequentia spectant, cf. May. p. 91, 2 — *ποιητικῆς κατασκευῆς*] cf. Ludwich, Mus. Rhen. XLII (1887) p. 233 (237) et Knaake, annal. Fleckeis. CXXXV (1887) p. 619 — *ὡς ἐπέχουσι Πύρρωνες κτλ.*] Scepticis, quorum princeps erat Pyrrhon, opponuntur dogmatici. Ut illis *ἐπέχειν*, ita his *ἀποφαίνεσθαι* vox propria; nam „*ἀποφαίνεσθαι καὶ δογματίζειν* dicuntur, qui aliquid ponunt et statuunt, qui autem nec affirmant nec negant, sed suspenso sunt iudicio, ii *ἐπέχειν* dicuntur". Budaeus, comm. ling. Gr. p. 665, 32, cf. Diog. Laert. III, 33. — *ὡς οὐ καταλαμβάνουσιν οἱ Ἡρακλείτειοι*] Spectant haec ad veram firmamque cognitionem rerum, quam philosophi *κατάληψιν* vocant (cf. Stoicorum *φαντασίας καταληπτικάς*). Quod autem Psellus hoc loco Heraclitum *κατάληψιν* negasse dicit, facit cum multis scepticis, qui Heracliteis velut *μὴ εἰκῆ περὶ τῶν μεγίστων συμβαλλώμεθα* (47 Diels) nisi, eum ad suam sententiam accedere dicebant. cf. Diog. Laert. IX, 11, 73, Sext. Emp., Pyrrh. Hypot. I, 210. Erasse autem eos Zeller docet (I, 2[5], 719) — *ὡς παραδοξολογεῖ Ζήνων καὶ Μέλισσος*] Ad illa spectat noster argumenta velut Achillis et testudinis, quibus Zeno et Melissus Parmenidis Eleatici praecepta fulcire studebant, quae quod contra omnium opinionem

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY

explicabantur, a Psello *παραδόξως* enuntiata nominantur. cf. Zeller I, 1[5], 606. — *ὡς Ἀριστοτέλης τίθησιν*] „*τιθέναι* vox ab Aristotele usurpatur, ubi quid non demonstratum ponitur tamquam fundamentum demonstrationis . . . vel omnino statuendi et contendendi vim habet". Bonitz, ind. s. v. — *ὡς εἰσηγεῖται Πλάτων*] qua voce interdum Plato uti videtur, cum rem in medium positurus sit, cf. conv. 189 D.

§ 28. *ὡς μέρη τῶν στοιχείων κτλ.*] cf. May. p. 91, 2.

§ 29. *διὰ μέτρου*] certis definitisque temporis intervallis oriuntur — *λόξωσις*] est via solis per obliquum euntis, cf. Ps. CXXII, 797 A — de *πλάτος*] voce cf. CXXII, 789 B — *διττὰς περιόδους*] de anni temporibus, quae astrorum evolutionibus efficiuntur, usurpatum videtur. — *ὅσα μὴ κτλ.*] quae non congruunt cum iis, quae iam eruta sunt atque cognita, ea ad similia spectans explicare studet — *ἀριθμῶν τε φύσεις*] cf. May. p. 91, 2 et Dioph. arith. I in. *ἐπειράθην . . ὑποστῆσαι τὴν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς φύσιν τε καὶ δύναμιν,* Sath. V 55 (Psellus de se ipso, non ignoro) *τί τὰ τῶν ἀριθμῶν ἄχρι καὶ δεκάδος φυσικὰ ἰδιώματα.* — *πολιτικὰς ὑποθέσεις*] cf. May. p. 91, 2.

§ 31. *ἀληθεῖς ὑποθέσεις καὶ τὰς ἐνδόξους*] *ἔνδοξοι ὑποθέσεις* eae sunt, quae non argumentum quoddam humile infameque complectuntur, qualia saepe sophistae exercitationis atque ostentationis causa tractare solebant (*ὑποθ. ἄδοξοι*), sed quae in gravioribus enucleandis rebus versantur, cf. etiam May. p. 91, 2. Idem fere *ἀληθεῖς ὑπ.* significant, quippe quae „notent veras et serias causas, quatenus oppositae sunt declamationibus fictis, quae *πλάσματα* dici solebant". Ern. s. v. *ἀλήθεια* — *φορτικός*] molestus, quod nimis extundit argumenta et ob id ipsum tumidus (cf. *οὐδὲ εἰς ὄγκον ἐπαίρει*). Platonis Phaedri elocutionis *φορτικὸν* vituperat Dicaearchus apud Diog. Laert. III 25 — *ἀπόδειξιν*] „Hermogenes *λύσεις* (cf. *θαρρεῖ γὰρ ταῖς λύσεσιν*), refutationes argumentorum adversariorum, distinguit ab *ἀποδείξει* h. e.

Digitized by Google
Original from
PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

confirmatione nostrorum argumentorum, quae adversario opponimus". Ern. s. v. *λύσις* — *μεταβολῇ* autem iucunditatem quandam effici docet Ps. Luc., Dem. laud. § 6 *καὶ τὰς ἀφαιρούσας τὸν κόρον μεταβολάς* — *κρατύνων*] opponitur Socratis disputandi rationi, quam vocant *εἰρώνειαν*, qua adversarii fiducia frangitur — *διαφόρῳ κτλ.*] incompositum immundumque sermonis cotidiani (*διαλέξεως*) vitat excellenti quadam pronuntiatione (*διαφόρῳ τῆς προφορᾶς*). *προφορά* enim „pronuntiatio, eadem quae *ὑπόκρισις*, sed ad solam elocutionem pertinens". Ern. s. v.

§ 32. *λόγους χωριστούς*] *χωριστά* res abstractae, *ἀχώριστα*, quae a subiecto separari et abstrahi non possunt — *ἐκείνου Παῦλον*] alludunt haec ad Greg. or. XXVIII, 20 p. 510/11. cf. etiam p. 36 sq. — *προνοίας*] providentia divina et *κρίσεως*] extremum iudicium ponuntur pro rebus theologicis — *ἐν τοῖς ἄνω ἐᾷ θησαυροῖς*] cf. p. 37, 39.

§ 33. *κανόνι στοιχεῖ*] *κανών* leges ecclesiasticae a synodis exaratae. Ipsa locutio ex Nov. Test., ad Galat. VI 16 *ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν* et ad Philipp. III 16 *τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι* — *ἀλλ' οἶδε κτλ.*] His per multas ambages enuntiatis subiectum est, ut comiter me docuit Aug. Ehrhard, illud Augustini in trinitate unitas. *γνωστὴ μονάς*, quae nil attinet ad Gnosticos, est unitas, quae mente tantum potest comprehendi. Ipsa monas composita est ex tribus *ὑποστάσεσι* patre (*τὸ ὑπερούσιον*) spiritu (*ὑπέρνουν*) filio (*ὑπέρζῳον*), ita, ut adiectiva *μονάδι* voci subiuncta sint epexegetice. Quae autem sibi opponuntur, re vera contraria non sunt, cf. Dionys. Areop. Migne III 589 B *τὸ μὲν ὑπὲρ νοῦν καὶ οὐσίαν .. τιμῶντες ἐπὶ τὰς .. ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις αὐγὰς ἀνατεινόμεθα .. ὅτι πάντων ἐστὶν αἰτία καὶ ἀρχὴ καὶ οὐσία καὶ ζωή* — *τὸν ἀφ' οὗ ταῦτα* (sc. mundus) *πρόεισι*] cf. Ev. Joh. I, 1, 3 *πάντα δι' αὐτοῦ* (*λόγου*) *ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν, ὃ γέγονεν.* — *τίθησι*] sc. *αὐτὰ* (*νοήματα*) i. e. ostendit.

§ 35. *τὸ τῆς ἐπιτιμήσεως εἶδος*] est genus dicendi, quo

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

Digitized by Google Original from PRINCETON UNIVERSITY

orator in contionibus utitur, cum reprehensione auditores vel convincere studet vel ab aliqua re avertere. cf. Ern. s. v. *ἐπιτίμησις* — *ἐλαίου ῥεύματι κτλ.*] cf. p. 25, 39 — *θείῳ*] i. e. sulfure — *ἐκ τῶν νεφῶν ἐκπυρηνισμοῖς*] *λαῖλαψ, συστροφὴ ἀνέμου, λοφώδης, ἔπομβρος. λέγεται δὲ κυρίως τὸ κατ' ἐκπυρηνισμὸν γενόμενον κεραύνιον πνεῦμα, ὃ καὶ ἐκνεφίας παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ὠνόμασται.* Thom. Mag. ed. Bern. p. 564.

§ 37. Similem Pselli locum p. 43 iam attuli. Gregorium autem in epideictico una cum aliis floruisse apud Walz., Rh. Gr. III 572, 25 scriptum videmus. Nostro magis congruit, quod omnibus dicit eum superiorem esse, Joh. Sic. (Bekk. Anecd. III 1447). Qui ibidem ne in iudicali quidem genere Demosthenem Gregorio parem censet. Similiter VI, 341, 10 et 472, 9 W. in omni re Demosthenem Gregorio inferiorem censet. Demosthenem autem duobis illis generibus excellere, panegyrico, ut ex epitaphio eius eluceat, pessum dare referunt Syr. II p. 9, 6 R., Walz., Rh. Gr. VI 37, 5. Quorum a doctrina cum Psellus non videatur differre, Mayero Pselli verba *ἔνθα δὲ κτλ.* (§ 39) ad Demosthenis orationem pro corona habitam referenti (p. 93) assentiri non possumus.

§ 38. Platonis epitaphius Menexenus in spuriorum numero a nonnullis doctissimis viris adscriptus (Blass, att. Bereds. II² 463, 5), a Dionysio (Dem. 23 (1027)) *κράτιστος πάντων τῶν πολιτικῶν λόγων* Platonis habetur. Ut maiorem autem Demosthenis in dicendo artem illustret, cp. 23—30 asperrime in eum vehitur. Sed quanti eum veteres aestimaverint, ex Ciceronis oratore (§ 151) apparet: quae (oratio) sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit.[1])

[1]) Delet hanc sententiam Sandys Bakeium secutus. Non recte. Dicit enim Cicero, quamquam Plato in vocalium vitando concursu haud diligens fuerit, tamen adeo eum probatum esse Atheniensibus, ut epitaphium quotannis recitari vellent. cf. etiam Schömann, Gr. Alt. II 571, 1.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

Digitized by Google
Original from
PRINCETON UNIVERSITY

§ 39. Ut iam Pselli de Demosthenis operibus iudicia illustrem, mirum est eum epitaphium, qui quidem nobis traditus sit, genuinum putasse. Dionysius Hal. enim aliique orationem in dubium vocatam Demostheni abiudicant.[1]) Suo autem utitur iudicio Psellus, quod clarissimis Demosthenis orationibus laudatis publicis adversus Stephanum orationem ut privatarum optimam affert. Oratio adversus Cononem enim inter omnes privatarum causarum Demosthenicas laudem fere maximam assecuta est. Nam cum privatae rarissime a veteribus laudentur, haec, ut Reiske docuit (or. Gr. XI p. 1607), laudatur saepissime (cf. etiam Walzii indices). Duae autem traduntur adversus Stephanum orationes (XLV, XLVI). Verisimile est Psellum utpote egregio iudicio ornatum ad priorem (XLV) tantum spectasse, nam altera adeo prava, ut nemo nostratum eam a Demosthene abiudicare dubitet (cf. Blass, att. Bereds. III, 1^2, 533). Ac prima ipsa quoque a nonnullis in dubium vocata a Blassio, cui magnopere probatur, genuina putatur (III, 1^2, 470 sqq.) — *οὐδὲν τῆς Ὀλυμπιακῆς ἀπολείπεται σάλπιγγος*] Philostrateum hoc, VS. 52, 23 *ἡ δὲ ἰδέα τῶν Πολέμωνος λόγων θερμὴ καὶ ἐναγώνιος καὶ τορὸν ἠχοῦσα, ὥσπερ ἡ Ὀλυμπιακὴ σάλπιγξ* — *τὰς ὁδοὺς τῶν ἐπιχειρημάτων*] Paraphrasis simplicis vocis *ἐπιχείρημα*. Dicit ei evenire, quod argumentationibus (cf. Ern.

---

[1]) Testimonia de epitaphio congessit Schaefer, Dem. u. s. Zeit III^2 36, 1, omnia, ut ipse quidem putat. Sed iis addendum Ps. Long. 34, 3 (cum aliis Hyperidis virtutibus tum epitaphio eius haec opposita enuntiat): *ὁ δὲ Δημ. ἀνηθοποίητος, ἀδιάχυτος, ἥκιστα ὑγρὸς ἢ ἐπιδεικτικός.* Praeterea eum fugit Doxopatres II 450, 5 W, qui epitaphii locum quendam laudat, et Walz, Rh. Gr. II, 108, 8. Joh. Sic. autem, quod dicit (VI 292, 25 W) *Δημ. τὰ μὲν δύο τῆς ῥητορικῆς εἴδη ἤσκησε, τὸ δὲ πανηγυρικὸν οὔ. εἰ δέ τις αὐτὸν πανηγυριστὴν ἄριστον ἀπό τινων μερικωτέρων τόπων τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις εἴδεσιν εὑρισκομένων θέλοι καλεῖν, ἀπὸ μέρους ἑνὸς καὶ μόνου τὸ ὅλον εἶδος δεικνύειν οὗτος πειρᾶται κτλ.*, is mirum in modum epitaphium Demostheni addictum novisse non videtur.

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google
Digitized by Google
Original from
PRINCETON UNIVERSITY

s. v. ἐπιχ.) assequi vult — ἄλλον τρόπον ἠλλοίωται] cf. May. p. 93, 1.

§ 40. Thucydides βαθὺς τὴν γνώμην] cf. Plut. Fab. Max. I, 8 — ἄλλα ἐπ' ἄλλοις νοήματα ἐπιστοιβάζων] Dion. Hal., Thucyd. 24 (869) τὸ τάχος τῶν σημασιῶν i. e. paucis verbis quam plurima enuntiare ὥσπερ ὄργανον dicit τῆς Θ. λέξεως. cf. etiam Quint. X 1, 73; Cic. Brutus 29; Marcellini vit. §§ 50, 56 et supr. p. 44. — Epitaphius eius (II 35—46) est sola orationum Thucydidearum generi panegyrico tribuenda, quare hic in censum vocatur et, ut apud Dion. Hal. Lys. 3 (459), ab aliis δημηγορίαις seiungitur. Singulas tractans orationes Thucydidis (Thuc. cp. 34) Dionysius epitaphium specialiter non affert et ob id ipsum eum non plane ei probatum esse Blass (att. Bereds. I² 243 sq.) concludit. De Lysia (cp. 3) Dionys. una cum δημηγορίαις epitaphium carpit, sed laudat alio loco eius μεγαλοπρεπῆ σύνθεσιν (de comp. 113 (cp. 18)). Synesius denique (de Dion. LXVI, 1117 B) et Platonis et Thucydidis epitaphios summis exornat laudibus.

§ 41. De Gregorii laudationibus, quae quidem laudationes funebres amplectantur, egit X. Hürth, de Greg. Naz. orat. fun., Diss. phil. Arg. XII, 1 sqq. — ἐπιγραφάς] breves indicationes argumentorum, quae in dispositione ponuntur, tamquam ἐπιγραφαὶ τῶν κεφαλαίων sunt.

§ 42. τὰ δὲ προοίμια κτλ.] similiter append. § 14. De varietate in prooemiis ponendis cf. May. p. 94, 1. — ἀποχρῶν] sc. εἶναι, similiter Sath. V, 277 ἀποχρῶν ἡγεῖται τὸ μέρος, V 399 τὸ παιδίον .. ἀποχρῶν ἡγεῖτο, V 418 ἀποχρῶν ἡγήσῃ τὸ πεπραγμένον. Supervacanea igitur Kurzii coniectura ἀποχρῆναι. cf. etiam p. 20, 2 — νῦν δὲ ἀπὸ μέσων κτλ.] prooemia omnino omittens cum medias in res se praecipitaverit, quae iam dicere inceperat (πεῖραν), quodam modo resolvit (ἀναλύει), ut ad ea, quae ex temporis ratione prae-

Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

cedunt (*πρεσβύτερον*), revertatur — *κηρὸν εὐδιάχυτον*] cf. Dem. de eloc. 296.

§ 43. de *ἀποστάσεις*] et *ὑποστάσεις*] vocibus cf. May. p. 95 sq. — *οὔμενουν κτλ.*] non solum, quae natura decora erant, decore enuntiat, sed etiam iis opposita solemni quadam afficit enuntiatione. de voce *οὔμενουν* cf. p. 38. — *τῆς τοιαύτης*] i. e. *σεμνῆς* — *ἀνηθοποίητος*] „qui mores non exprimit dicendo“ (Ern. s. v.), ad *ἠθοποιΐαν* spectat. — *ἐναργής*] excellit „evidentia, qua res singulae sensibus veluti admoventur“. Ern. s. v. *ἐνάργεια* — *ἐρρωμένος*] robore quodam praeditus — *ἔμψυχος*] „*τὸ ἔμψυχον* vivus quidam vigor, quo orator valet, ab affectibus profectus, .. idem quod *παθητικόν*“. Ern. s. v. — *ταῖς μεταβολαῖς κτλ.*] variationibus, quas verbis adfert, vehementis acrisque orationis modos invenit incognitos aliis.

§ 44. *τὰς δὲ διηρτημένας κτλ.*] cf. May. p. 95. — *διηγήσεις κτλ.*] narrationes et praeludiis (*προεισοδίοις*) ornat et aliis ipsius narrationis propriis velut *μερισμοῖς*] „hoc schema singulas res separatim disponendo et suum cuique proprium tribuendo magnam efficere utilitatem et inlustrem consuevit“ Rut. Lup., Rhet. Lat. min. p. 10 Halm, *πλάσεσι*] „*πλάσεις* dicuntur, si quis in oratione pathetica alios loquentes et agentes introducit, non ut vere locuti sunt vel egerunt, sed ut ipse fingit“ Ern. s. v., *διασκευαῖς*] exaggerationes. „Est et diasceua (species narrationis), quae res gestas non tam docet quam exaggerat.“ Fortunat., Rhet. Lat. min. p. 112 H., *προσωποποιΐαις*] „Hoc fit, cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tamquam vivorum et praesentium actionem sermonemve deformamus.“ Rut. Lup. l. l. p. 15.

§ 45. *ὁποῖον δ' ἂν κτλ.*] Quam autem cumque personam in orationibus loquentem facit, statim ad eam sese accommodat, utpote qui *τοσοῦτος* sit. Itaque affectus loquentium varios respiciens modo lacrimas fundit, modo laeto

Digitized by Google

Original from PRINCETON UNIVERSITY

Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
Public Domain in the United States, Google-digitized / http://www.hathitrust.org/access_use#pd-us-google

est animo — *στεφανηφορεῖ*] vox, ut docet sententiarum nexus, *εὐθυμεῖ* notioni similis. Solebant autem veteres ob gratum allatum nuntium coronas gerere. cf. Plut., reg. et imp. apopht. 184 A — *προπομπεύει*] metaphorice dictum. Propter affectus grandi genere dicendi utitur. cf. Norden, Kunstpr. I 33, 3 — *χρυσοχαλίνου ἅρματος*] cf. Esdr. I 3, 6.

§ 46. *ἀπαθὴς καὶ ἀσχημάτιστος*] cf. May. p. 94. — *τὰ ἀσύγκλωστα*] cf. supr. p. 40 sq. et May. p. 96, 4.

§ 47. *τὰ συγγράμματα κτλ.*] cf. May. p. 96 sq. — *τὸ γάρ τοι θαυμασιώτερον*] cf. supr. p. 38. — *σαφὴς ἐστι τοῖς ὀνόμασιν*] *λεκτικὴ σαφήνεια,* cuius est particeps Gregorius, opponitur quae ei deest *πραγματικῇ*, cf. May. p. 97. — *ἀστειοτέρων*] hoc loco oppositum videtur rebus simplicibus, quae et a rusticis litterisque incultis possunt percipi. — *καθαρὸς τὴν φράσιν*] „oratio pura et dilucida". Ern. s. v. *καθ.* Eadem fere vocis *λευκοῦ* notio, quae evidentiam et perspicuitatem significat. cf. etiam May. p. 97, 3.

§ 48/49. De Aristotelis *ἀσαφείᾳ* cf. p. 44, de Aristidis Sopatr. III 742, 1 D, cf. etiam Reiskium in editione Aristidis Dindorfiana III 788 et Westermann, Gesch. d. Bereds. I p. 210. De Plutarcho cf. § 30.

§ 50. De hac paragrapho cf. p. 26 et 27. — *θετικαῖς τῶν ὑποθέσεων*] hic, ut docet sententiarum nexus, de argumentis ex tempore tractatis usurpatum, cf. May. p. 98, 2. Dicuntur etiam *θετικαὶ ὑποθ.* philosopha orationis argumenta, qualia Vari sophistae affert Philostr. VS. 82, 19. Ad quem locum Ern. (s. v. *θέσις*) „locos communes e philosophia maxime petitos, de virtutibus, vitiis, exilio, paupertate etc.", cf. etiam Cic. parad. § 5.

§ 51. Gregorium et in diversis quas statuit Hermogenes ideis excellere cum sit demonstraturus, primum veterum vitia carpit. — De Platone cf. Spengel, Rh. Gr. I 324, 15, Joh. Sic. VI 99, 24 W. *οὐδ' ἀκριβὴς τὴν μίξιν*

Digitized by Google
Original from PRINCETON UNIVERSITY
Generated at Columbia University on 2020-09-12 17:14 GMT / https://hdl.handle.net/2027/njp.32101064101494
